





87







EMINENTISSIMO MEDICO, MICHAELI
AMYCO, PARISIENSI, IOANNES GVINTE,
RIVS ANDERNACVS S. D.



Instituenti mihi veterem Græcorum Medicinam pro viri-
li mea latinis donare literis, vir eruditiss. præcipua semper
cura fuit, & animi sollicitudo, diligenter inuestigare ac dis-
cipicere, quibus potissimum tū autoribus tum eorum libris
rem possem iuuare publicam. Atq; id me consecuturum
speraui, si quæ nemo vnquam aggressus esset, & quæ ad ar-
tis nostræ absolutionem non tam accōmoda, quam neces-
saria viderētur, nullo deterritus labore, nullo temporis, re-
rumq; dispendio, nulla etiam famæ aut nominis mei iactura, communibus ho-
minum studijs impartirem. Qua ratione omnibus ferè Galeni interpretibus la-
tinioribus audacior extitisse videri possim, q̄ nullius insistsens vestigijs, clarissima
medicorum Græciæ opera primus in latinam conuertere orationem tentaue-
rim. Quis enim ignorat, qui vel ad medium literaturæ græcanicæ promouerit,
quantū subsidij tralatio etiā barbara, & quæ verbum de verbo tantum habet ex-
pressum, Linacro, Leoniceno, alijsq; id genus eruditiss. viris attulerit: etsi ne hi qui-
dem à vitijs lucubrationes suas asserere in totum potuerint. Proinde iniquū pla-
nè iudicem illum fore putauero, quicumque in hoc opere tam arduo, tam abstru-
sio, ac recondito, imò omniū quæ Galenus vnquā scripsit, difficillimo, non multū
laboris, vigiliarum, tædij pertulisse pronūciauerit: ingratum, qui non beneficium
me sibi contulisse maximū existimet. Reliqua mehercules Galeni scripta ludicra
sunt, prout hoc de Hippocratis & Platonis dogmatis. Cuius rei testimonium vel
vnus Chrysippus Stoicorum philosophorum acutissimus præbere potest, qui de
affectibus animi & virtutibus adeo obscura prodidit, vt ne Galenus quidem ipse
interim quid sibi velit assequatur. Omitto quæ hic ex Platone mysteria, & Hip-
pocrate citentur, paucis, nili in vtroque authore versatissimis, cognita. Iam quan-
tum difficultatis accedit ex continua illa contra philosophos de facultatū animæ
sedibus disputatione, quā libris ferè quatuor perlequitur: item de spiritibus sub-
tilis admodum tractatio, operosaque partium nobiliorum consēctio, quantum
negotij facesserit, in simili labore versatis conijciendum relinquo. Has tamen o-
mnes molestias lubens absorbui, cogitans magnam esse laudem, & gratam æquis
hominibus, vnum hominē elaborare in ea scientia, quæ multis sit profutura: spe-
rānsque tandem fore, qui ex hoc opere fructū se mea industria ac labore aliquem
retulisse fatebuntur. Vt enim omnes Galeni libros perlegerit aliquis, si hos non le-
gerit, non est q̄ se Galeni doctrinā, eiusque in scribendo artificiū ad plenum posse
assequi confidat. Hic siquidem laudatam illam ab omnibus præclaris viris duarū
speculationum explicationem absolutissime elaboratam inuenias. Dico autem
duas speculationes, tū eam quæ discretionē similium & dissimilium cōstat, tum
eam quæ secundum diuisionē generum vsq; ad indiuidua tendit, & reciproco ex
particularibus ad primū genus reditu, per differentias intercedentes cōstituitur.
Alterā speculationem Galenus neminē ante se tradidisse cōperit: ex qua omnes ar-
tes via quadam atq; ordine cōstituūtur. Huius doctrinæ incitia multas dissensio-
nes videmus obortas, quales sanè apud medicos extiterunt de ptisanæ vsu, ac alijs

CLAVDII GALENI PER

GAMENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS PLA-


CITIS OPVS ERVDITVM, ET PHILOSO-

phis & Medicis vtilissimum, nouem libris (quorum

primus desideratur) comprehensum, nunc

primum latinitate donatum,

IOANNE GVINTERIO ANDERNACO INTERPRETE.



PARISIIS

Apud Simonem Colinaum

1534

BE

CANDIDO LECTORI.



Vicunq; voles fructum aliquem ex hoc opere consequi, totum id diligenti cura perlegas necesse est. Nam prioribus libris quatuor prolixam contra Chrysippum disputationem habet: quæ fortassis prima fronte parum tibi placitura est. Posteriores autem libri magna commoditate rem clare demonstrant. Quanquam si primos illos penitus introspicias, mirabile Galeni in refellendis aut astruendis argumentis artificium videbis. Poëtæ indidem crebro citantur & à Chrysippo, à & Galeno, illis qui non omnino ἀμύβοι sunt, utiles. Porro Euripidis verba libro quarto ad calcem citata, in hunc modum legenda censeo.

A sapiente aliquo perdoctus ego

Futuras mecum commentabar miseras,

Aut mortem acerbam, aut exilij mœstam fugam,

Aut semper aliquam molem meditabar mali.

Cæterum iracundiam pono græci θυμός loco, quod Cicero excandescentiam interpretatur, ὀργή vero iram, ἀσθένεια, infirmitatem animi, Cicero ægrotationem & ægritudinem. Vtrum malis sequere. Hæc te scire volebam.

EMINENTISSIMO MEDICO, MICHAELI
AMYCO, PARISIENSI, IOANNES GVINTE,
RIVS ANDERNACVS S. D.



Instituente mihi veterem Græcorum Medicinam pro viris
li mea latinis donare literis, vir eruditiss. præcipua semper
cura fuit, & animi sollicitudo, diligenter inuestigare ac dis-
cipere, quibus potissimum tū autoribus tum eorum libris
rem possem iuuare publicam. Atq; id me consecuturum
speraui, si quæ nemo vnquam aggressus esset, & quæ ad ar-
tis nostræ absolutionem non tam accōmoda, quàm neces-
saria viderētur, nullo deterritus labore, nullo temporis, re-
rumq; dispendio, nulla etiam famæ aut nominis mei iactura, communibus ho-
minum studijs impartirem. Qua ratione omnibus ferè Galeni interpretibus la-
tinioribus audacior extitisse videri possim, q̄ nullius insistens vestigijs, clarissima
medicorum Græciæ opera primus in latinam conuertere orationem tentaue-
rim. Quis enim ignorat, qui vel ad medium literaturæ græcanicæ promouerit,
quantū subsidij tralatio etiã barbara, & quæ verbum de verbo tantum habet ex-
pressum, Linacro, Leoniceno, alijsq; id genus eruditiss. viris attulerit: etsi ne hi qui-
dem à vitijs lucubrations suas asserere in totum potuerint. Proinde iniquū pla-
nè iudicem illum fore putauero, quicumque in hoc opere tam arduo, tam abstru-
so, ac recondito, imò omniū quæ Galenus vnquã scripsit, difficillimo, non multū
laboris, vigiliarum, tædij pertulisse pronūciauerit: ingratum, qui non beneficium
me sibi contulisse maximū existimet. Reliqua mehercules Galeni scripta ludicra
sunt, prout hoc de Hippocratis & Platonis dogmatis. Cuius rei testimonium vel
vnus Chrysippus Stoicorum philosophorum acutissimus præbere potest, qui de
affectibus animi & virtutibus adeo obscura prodidit, vt ne Galenus quidem ipse
interim quid sibi velit assequatur. Omitto quæ hic ex Platone mysteria, & Hip-
pocrate citentur, paucis, nisi in vtroque authore versatissimis, cognita. Iam quan-
tum difficultatis accedit ex continua illa contra philosophos de facultatū animæ
sedibus disputatione, quã libris ferè quatuor persequitur: item de spiritibus sub-
tilis admodum tractatio, operosaque partium nobiliorum consēctio, quantum
negotij facefferit, in simili labore versatis conijciendum relinquo. Has tamen o-
mnes molestias lubens absorbui, cogitans magnam esse laudem, & gratam æquis
hominibus, vnum hominē elaborare in ea scientia, quæ multis sit profutura: spe-
rānsque tandem fore, qui ex hoc opere fructū se mea industria ac labore aliquem
retulisse fatebuntur. Vt enim omnes Galeni libros perlegerit aliquis, si hos non le-
gerit, non est q̄ se Galeni doctrinā, eiusque in scribendo artificiū ad plenum posse
assequi confidat. Hic siquidem laudatam illam ab omnibus præclaris viris duarū
speculationum explicationem absolutissime elaboratam inuenias. Dico autem
duas speculationes, tū eam quæ discretione similium & dissimilium cōstat, tum
eam quæ secundum diuisionē generum vsq; ad indiuidua tendit, & reciproco ex
particularibus ad primū genus reditu, per differentias intercedentes cōstituitur.
Alterā speculationem Galenus neminē ante se tradidisse cōperit: ex qua omnes ar-
tes via quadam atq; ordine cōstituūtur. Huius doctrinæ inciticia multas dissensio-
nes videmus obortas, quales sanè apud medicos extiterunt de ptisanæ vsu, ac alijs

quæ ægrotis offeruntur. Apud philosophos de animi virtutibus, dum nonnulli ipsas putant doceri posse, aliqui naturales, vel moribus & exercitatione acquisitas. Si enim animæ species diuisissent, manifestò utiq; cognouissent alterã esse rationalem, alteram verò irrationalẽ. Porrò similiũ, dissimiliũq; cognitio ad methodicam cuiuslibet artis constitutionem tantum adfert momenti, vt propè sola sufficere videatur: id quod Galenus nusquam aliàs ex professo, quàm hoc in opere eleganter docet. Ego verò optarem omnes medicinæ professores in omnibus autoribus, & scriptis, quæ exponenda suscipiunt, docendi modum auditoribus tradere, compositorius ne sit, an resolutorius, vel diffinitorius. præterea sumptiones scientificas distinguere à dialecticis, rhetoricis, & sophisticis, si forte incidant. Ad hæc eorũ quæ in artibus veniunt in dubium, alia sensu, alia demonstratione iudicari. Hoc qui non nouit, fateatur se disciplinis docendis nõ esse idoneũ: quæ admodũ tu mihi olim dicere solebas, vir doctissime, quum nobis Galenum & erudite, & eloquenter enarrares. Duplici igitur nomine has meas vigilias tuo nomini consecratas volui, hoc, quòd mihi & ad suscipiendam, & ad ingrediendam rationem horum studiorũ princeps extiteris: illo, quòd neminẽ in tota Gallia rectius & syncerius te Galenũ intelligere, persuasum habeã. Omitto rarã illam tuã meliorũ literarũ cognitionẽ, qua omnes nos medicinæ professores longe superas. Iã iudicia tua de doctis hominibus, nõ eblandita, sed enucleata sunt: syncera, non cõstuprata. Medicinã exerces ea dexteritate, vt nesciã adhuc, quẽ tibi in tam numerosa medicorũ sobole præferam. Nam methodo & certa quadã ratione artem tractas, non sicuti hodie quidam Thessalij factitant, qui nihil aliud in ore, quàm methodũ habet, in ipsis operibus ἀμεθοδιώτατοι. Suscipe igitur labores meos cõtra maleuolorũ calũnias defendẽdos. suscipe eius lucubrationes, quẽ tua institutione velut efformasti. Quæ meæ partes in hoc cõmentario fuerũt, sudavi plurimũ in restituẽdis quæ desiderabãtur in græco, aut deprauata erãt: quãq; nõ omnia potuerim instaurare. Nec quisq; poterit, nisi aliorũ exẽplariorũ subsidio. Sermone vsus sum nõ ita exquisito. Nã vbi hodie latinus quis scribat, audit ἀφιλόσοφος in scholis nostris: etsi omneis philosophorũ familias domestice habeat perspectas. Scis quid velim. Tu nunc munusculũ amplectere, & obserua diligenter, ne quis sycophanta falsa criminatione lectoribus reddat ingratum. Vale vir optime. Parisijs anno Domini 1 5 3 4 Pridie nonas Martias.

INDEX ALPHABETICVS.

INDEX ALPHABETI-
cus in Galeni commentariis de
Hippocratis & Platonis placitis.

A

A Bs & vnde differentia. pa-
gina 11. linea 42

A cibo diutius impediō ab-
tinentes bilē euomunt pa. 18 li. 3
ἀναρσιόι excordes dicuntur. pa.
26 li. 38

Actio quid pa. 79 li. 22

Actio cuiusq; mēbri ppria ppter
substantiā pprietatē pa. 95 li. 43

Aenigma Chryssippi oratio. pa. 27
li. 14

Aequiuocationes fugiendæ pa. 46
li. 23

Aetate q morbi oriātur p. 129 li. 3

Aërea substantia in vētre, intestinis
venis & carne pa. 121 li. 39

Aër pur⁹ sensum vitiorū ambiēs a
coloribus alteratur pa. 113 li. 29

A iudicijs recedere, & non se cōti-
nere, & interim esse apud se, inter-
rim nō, veterum placito respon-
det pa. 54 li. 39

ἄισχύνειν, & *ἀιδέσθαι*, pudere
& reuereri pa. 96 li. 11

Aetatum hominum diuersarū, di-
uersæ ægritudines pa. 129 li. 18

Affect⁹ iudicijs superuenire, Chry-
sippū putare credit Gal. p. 72 l. 5

Affectus nonnunq̄ actiones nomi-
nat Plato sitim, famem, cupidi-
tates, & iracundiā pa. 81 li. 4

Affectibus facultatum vnū locum
attribuit Chryssip. pa. 41 li. 17

Affectus non necessario habetur,
vbi ratiocinatioes sunt p. 22 li. 29

Affectus sine omni ratione fieri di-
cit Chryssippus pa. 48 li. 42

Affectus esse iudicia secundū Chry-
sippum, falsum pa. 52 li. 27

Affectus ab irascibili & appetito-
ria facultate fieri autumat Posi-
donius pa. 44 li. 43

Affectus nō sunt iudicia p. 45 li. 10

Affectuum definitio secundū Ze-
nonem pa. 58 li. 19

Affectuū animi curatio facilis, vbi
ipius motus sunt inualidi, & ra-
tioniatrix fortis pa. 68 li. 33

Affectuum animæ econtrario cur-
ratio difficilis pa. 68 li. 37

Affectus quid. pa. 41 li. 28, & p. 43
li. 17

Affectus inflammationē tēporis spa-
tio remitti, suspicione adhuc &
opinionē permanēte, & homines
affectuum motionibus repleti cō-
fitemur Chryssip. pa. 56 li. 11

Affectuū lationis causa p. 43 li. 38

Affectum dici irrationale, & præ-
ter naturam animi motum, expo-
nit Chryssip. pa. 42 li. 43

Affectus quid pa. 79 li. 23

Affectus propriū quid. pa. 47 li. 40

Affectuum curationes rectē con-
scripsit Plato pa. 66 li. 43

Affectuum impetus declaratio à
Posidonio pa. 70 li. 44

Affectibus aliquis propter animi
morbum infestatur secundū Posi-
donium pa. 50 li. 30

Affectuum quietis cautiæ compre-
hendi nequeunt pa. 57 li. 28

Affectuum definitio secundū Posi-
doniū pa. 58 li. 23, & pa. 59 li. 7

Affinia cōmunia sunt, quæ ex diui-
soria via inueniuntur pa. 150 li. 18

Alimenti principia quatuor. pa. 19
li. 9

Alimentum cur non semicoctum
ex iecore ī cor dispēset p. 87 l. 27

Alimētū tum humidū, tum siccū prin-
cipium, os, stomachus & ventri-
culus auctore Hip. pa. 19 li. 5

Alimentū ex vētris regionibus nō
in cor statim, sed in iecur prius
distribuitur pa. 97 li. 29

Alimenti assimilatio tum eo quod
nutritur pa. 91 li. 42

ἄλογοι pa. 47 li. 29

Amicos inuoluctum pa. 92 li. 11

Amor appetitoria facultatis, non
rationalis affectus pa. 54 li. 31

Amor appetitoria facultatis. pa.
41 li. 11

An adulti secus ac pueri irascantur
pa. 78 li. 5

Animæ principatum putant Stoi-
ci, vnde sensus motusq; profici-
scitur arbitrarius pa. 3 li. 15

Animæ species aut partes non no-
minat Aristo. & Posido. sed facul-
tates vnus esse substantiæ. pa. 81
li. 40

Anni tempus, regio, & ætas, inspi-
ciendæ secundū Hippo. p. 128 l. 36

Animam irascibilem & appetiti-
cem immortales Platonici putāt
pa. 156 li. 33

Animalia aquatilia dextro cordis
sinu & pulmone carēt pa. 88 li. 8

Animæ diuina qua ratiocinamur
pa. 156 li. 22

Animæ mortalis species, grauibus
& necessarijs in se affectionibus
scantent pa. 82 li. 10

Animam nostram ex tribus parti-
bus compositam ostendere cona-
tur Plato. pa. 156 li. 23

Animalis nati primū principij dis-
pensatio in capite pa. 103 li. 39

Animalis nati secundū principij dis-
pensatio in corde pa. 103 li. 42

Animæ partiū virtutes, vires sunt:
solijs autem ratiocinatricis sciē-
tia pa. 69 li. 20

Animæ facultatem vnā qua ra-
tiodinamur, ponebat Ariston. pa.
102 li. 27

Animosa vis cordis ab arteria quæ
in sinistrum cubitū excurrit, co-
gnoscitur pa. 97 li. 2

Animalis nati dispensatio à tribus
principijs obitur pa. 103 li. 38

Animæ nostræ species tres secun-
dum Platonem pa. 81 li. 20

Animæ partes notiones & præ-
sumptiones esse concedit Gal.
pa. 66 li. 21

Animæ facultates diuersi generis
& substantiæ pa. 66 li. 2

Anima & ratio diuersa pa. 62 li. 33

Anima, & quod in ea constituitur,
diuersa pa. 62 li. 35

Animæ partes quæ pa. 62 li. 28

Animi imbecillitas communis in
omnibus affectibus pa. 52 li. 45

Animæ perturbationes Aristoteli
dicuntur affectuū mot⁹ p. 68 l. 31

Animi non secus ac corporis me-
deri morbis Medico necessariū
pa. 60 li. 28

Animæ substantia euaporatio se-
cundum Dioge. pa. 19 li. 35

Animalis nati tertij principij dis-
pensatio in iecore pa. 104 li. 1

Animantia quæ vna sola, quæ dua-
bus, & quæ tribus facultatibus
gubernantur pa. 71 li. 34

Animæ rationalis & irrationalis
dispositio pa. 102 li. 20

Animæ species nō simplex p. 151 l. 3

Animi affect⁹ quis inter se in præ-
ue affectis dissentire sentiāt, con-
generes tamen sunt pa. 65 li. 24

Animæ facultates in totum diffe-
rentes Chryssippus duas assignat
pa. 26 li. 19

Animæ habitaculū in corpore ce-
rebri pa. 105 li. 15

Animæ discordiæ & morbi disti-
ctio per Platonem pa. 65 li. 7

Animæ facultates tres secundum
Aristotelem & Posidonium. pa.
65 li. 45

ἀπειθής pa. 47 li. 19

ἄφρωνος pa. 46 li. 26

ἄπὸ pa. 9 li. 43

Appetitoriam iecoris animæ vim
nominauit Plato pa. 119 li. 23

Appetitoria facultas rationali ani-
mæ auxiliaria pa. 82 li. 28

Appetitricem & irascibilem, animi
species nominat Plato. p. 82 li. 9

Appetitoria animæ vis in iecore
pa. 28 li. 24

Appetitoria facultas in stirpibus
pa. 82 li. 25

Appetere animalia irrationalia
Chryssippus negat pa. 34 li. 11

Appetitrix anima diuersa à ratio-
cinatrice pa. 73 li. 20

Appetitoria animæ facultas in te-
core secundū Platonē pa. 98 li. 26

Appetitus definitio secundū Chry-
sippum pa. 41 li. 45

Aristotelis sectatores falluntur, qui
vnus facultatis tres esse facul-
tates censent pa. 81 li. 44

Aristoteles omnium principū cor
esse vult pa. 33 li. 38

Aristotelem carpit Gal. concedētē
plures in anima nostra vires ge-
nere diuersas esse pa. 33 li. 36

Arteriarum motus quomodo ces-
sent pa. 131 li. 12

Arteriarū trūcus quis pa. 84 li. 13

Arteriarum maxima quæ pulmo-
ni inferitur pa. 84 li. 27

IN GAL. DE PLAC. HIP. ET PLA.

Arteriæ & venæ vbi crassissimæ
pa. 85 li. 42
Arteria introducens & educēs spi-
ritum diuersa pa. 87 li. 25
Arteriæ exēptæ ex animæ motu
& pulsu destituuntur pa. 93 li. 33
Arteriæ pulsus à corde p. 8 li. 17
Arteria cordis arteriarū vterū pre-
stantium initium pa. 92 li. 34
Arteria venosa quæ pa. 90 li. 19
Arteriæ cur pullent pa. 93 li. 25
Arteriæ & venarum vteri pro-
pagatio pa. 93 li. 3
Arteria cur dicatur pa. 96 li. 45
Arteriæ secundas & vmbilicū per-
reptates vnde pueniāt p. 93 li. 15
Arteriæ & venarum processus
similes radicationi stirpium. pa.
86 li. 2
Arterias nominat venas Plato pa.
97 li. 16
Arterijs vmbilici fune interceptis,
omnes quæ in secundis sunt, pul-
su destituuntur pa. 92 li. 37
Arterias ex seipsis pulsare arbitra-
tur Praxagoras & Philotimus
pa. 93 li. 29
Arteriæ dissectæ vel interceptæ fu-
niculo non pulsant pa. 109 li. 2
Arterijs iugularibus dissectis vel fu-
niculo interceptis pulsus amittit
q̄ fursum habetur pa. 15 li. 3
Arteria maxima vtrinque diuicās
ex sinistro cordis sinu procedit
pa. 87 li. 37
Arteriæ fune interceptæ, foris nō
pulsant pa. 83 li. 2
Arteria venosa ex sinistro cordis
ventriculo pa. 5 li. 32
Aspera arteria incisa, animal vocis
ferare non auditur pa. 6 li. 15
Asplanchnos, id est visceribus exu-
tus pa. 27 li. 1
Aspera arteria, pharyng dicta pa.
5 li. 30
Athletis leonis nomen attribuitur
pa. 26 li. 34
ἀθλητῶν pa. 46 li. 27
Attractio quæ sit pa. 132 li. 26
A vena caua cor alimentum reci-
pit pa. 19 li. 12
Averti à ratione, & non obsequi
quid dicatur pa. 43 li. 9
A vox quid significet pa. 46 li. 40
Autumno qui morbi oriantur. pa.
129 li. 6
Autumare iniuria affici, rationalis
facultatis est: vlcisci, animosæ
proprium est pa. 77 li. 17

Bilis humor calidissimus. pa.
130 li. 24
Bilis vtriusque differentia secundum
Platonem pa. 126 li. 18
Bonorum scientia, nomina pluri-
rima sumit pa. 102 li. 21
Bilis vomitus & febres autumno po-
tissimum oriuntur pa. 128 li. 14

Calidum insitum, operū na-
turæ efficacissimum secundum

dū Hippocratem pa. 131 li. 6
Calculator fieri cupiens, numeros
primum ediscit pa. 4 li. 6
Calor temperatus, substantia, san-
guine & pituita: qualitate calidi-
tate & siccitate consistit pa. 131
li. 17
Cardialgia, oris ventriculi accidēs
pa. 18 li. 8
Cardialgia, cordis dolor est pa. 17
li. 32
Carotides arteriæ iugulares pa. 14
li. 40
Caua vena truncus pa. 86 li. 8
Causā affectuū à ratiocinatrice di-
uersā vim esse in animis hominū
fatetur Chrysip. pa. 51 li. 43
Causas adinuenire rationaliū que-
stionum & medendorū affectuū
necesse pa. 56 li. 31
Cerebrum neruorum principium
pa. 15 li. 29
Cerebrū cor & iecur facultatū nos
regentiū principia pa. 79 li. 14
Cerebrū motus & sensus initium
pa. 83 li. 6
Cerebri membrana vulnerata ani-
mal immobile reddi putabat
Erasistr. pa. 106 li. 12
Cerebrū principū totū animatiū
sēl⁹ & mot⁹ arbitrarij pa. 115 li. 28
Cerebrum motus voluntarij fons
pa. 8 li. 20
Cerebrū sensorij & arbitrarij mo-
tus initium pa. 83 li. 9
Cerebro patiente desipit animal,
motus sensusque expers reddi-
tur pa. 33 li. 6
Cerebrū voce emissa asperæ arte-
riæ motus causa est. pa. 10 li. 43
Cerebrum rationis domiciliū. pa.
6 li. 8
Cerebro ossib⁹ detecto, aut quocū-
q; ipsius sinu impresso, voce, spi-
ratione, sensu, & motib⁹ arbitra-
rijs animal destituitur pa. 8 li. 2
Cerebri posterioris ventriculi sectio
maxime animal offēdit p. 105 li. 5
Cerebro imperare, cordi obedire
natura donauit pa. 31 li. 34
Cerebri meatuū pcess⁹ pa. 106 li. 7
Cerebrū instrumentorū sensuū &
motuū voluntariorū principium,
veluti arteriarū cor pa. 32 li. 41
Cerebrū neruorū fons, ipsis facul-
tatem trāsmittit pa. 101 li. 31
Cerebri ventriculorum contusio-
nes, similia sectionibus nocumē-
ta inferunt pa. 105 li. 8
Chius vnā, quam bonorum & ma-
lorum scientiā tuetur, animæ vir-
tutem pronunciat pa. 69 li. 27
χρῆσις vocis sumptio pa. 9 li. 35
Choroidis plexus efformatio pa.
105 li. 22
Chrysiippus placito cui ipse studet
attestantia deligit, pugnantiā re-
linquit pa. 24 li. 9
Chrysiippus animæ principatum
in corde ponit pa. 21 li. 2
Chrysiippi sectatorū error de fine

sicut de affectibus pa. 69 li. 45
Chrysiippus quatuor de affectibus
libros scripsit pa. 72 li. 15
Colliquatio teneræ carnis, pallida
bilis pa. 130 li. 44
Cōmoderatione & immoderatio-
ne animæ pars pulchra vel defor-
mis, sana vel agrotata pa. 62 li. 12
Cōpositū nullū simile p. 82 li. 35
Cōmunis à proprio discretio sciē-
da pa. 150 li. 21
Communis vniuersorū membra-
rum functio per totum animan-
tis corpus pa. 95 li. 37
Cōcordes tres aīæ facultates sanis-
tatē animi efficiūt pa. 61 li. 31
Conclusionis necessariæ forma pa.
136 li. 26
Consentaneam vitæ naturam quis
agat, & quis non pa. 70 li. 23
Consistentia particularum quæ sit
pa. 154 li. 9
Contrariorum cōtraria esse reme-
dia pa. 128 li. 41
Consuetudine irrationabilitas ani-
mæ mansuescit pa. 58 li. 5
Cnidij medici morborum differē-
tiam ignorarunt pa. 147 li. 2
Cor ad pulsuum motū cerebro nō
eget pa. 15 li. 8
Cor arteriarū principū pa. 15 li. 29
Cordis peculiaris motus, pulsus ap-
pelleretur, palpitatio affectus esse
dicitur pa. 79 li. 45
Corde detecto non perit actio vo-
luntaria pa. 7 li. 45
Cor compos rubri coloris, minus
tamen iecore pa. 96 li. 16
Corde affecto in syncopen animal
prolabitur pa. 33 li. 8
Corporis descriptionis diuersa cō-
prehensa pa. 123 li. 35
Corporis nostri prima generatio
ex alimēto insupto pa. 123 li. 43
Cor ex pulmone aërem haurit per
arterias, sicut arbor alimentū per
radices pa. 84 li. 11
Cordis motus pulsuū ratione actio
est, palpitationum respectu affe-
ctus pa. 79 li. 37
Cor, pulsatilis motus initium. pa.
83 li. 9
Cor aërem attrahit triplicis vsus
gratia pa. 132 li. 34
Corde affecto, arteriarū motus of-
fenduntur pa. 33 li. 1
Cordi vtrinq; facultatē, & anima-
lem & rationalem inesse astruit
Chrysiippus pa. 33 li. 17
Corporis temperamēta peculiare
ipsius affectuum motus efficiunt
pa. 68 li. 30
Cor, os ventris antiqui appellant
pa. 17 li. 34
Corporis visorij effectus pa. 108
li. 17
Cor, quare venæ cauæ non sit ini-
tium pa. 86 li. 11
Cor exemptum ex animali diutius
sine naturalem tenet functionē
pa. 85 li. 37

INDEX ALPHABETICVS.

Cor neq; sensoriam motoriamque pro arbitrio cerebro, neq; cerebrū cordi pulsatilem facultatem subministrat pa. 33. li. 4
 Corpora nostra ex terra, igne, aere & aqua constāt secundum Plat. pa. 121. li. 25
 Cordi quæ insunt pa. 5. li. 13
 Cor sanguinis fontem cur appellauerit Plato pa. 96. li. 38
 Cor venarum & sanguinis qui per omnes partes vehementer circūfertur, fons & domiciliū secundum Pla. pa. 98. li. 34
 Cor primū motus initium, & postremo desinens pa. 18. li. 23
 Cordis inuolucrum, pericardiū dictum prope mucronatam cartilaginem pa. 94. li. 33
 Cor pulsū motus fons pa. 8. li. 19
 Cor pulmone tegitur pa. 5. li. 36
 Cor non est nutriētis sanguinis animantī initium pa. 90. li. 6.
 Cor motus initium, non tamen omnīs pa. 18. li. 23
 Corporis sensus vehemens alteratio pa. 113. li. 22
 Cor primum alimentum & spiritum haurit secundum Diogenem pa. 19. li. 24.
 Cor nō ex cerebri facultatibus primam habet originē pa. 15. li. 14
 Corporis nostri species quæ sint, pa. 81. li. 26
 Cor nullus moderi sētit aliquo corporis affectu pa. 17. li. 30
 Corde mulierem dolere asseruit Hippo. pa. 17. li. 39
 Cruciatu genus timoris & tristitiæ pa. 33. li. 32
 Cupiditas quid sit pa. 45. li. 32
 Cupiditatis definitio secundū Chrysippum pa. 41. li. 41
 Cum causis, generationes, & substentiatō rerum tolluntur. pa. 56. line. 34.
 D.
Dialectica, exercitatoria, & topica quæ vocanda sint. pa. 3. li. 33
 Διαβολή pa. 7. li. 18
 De coloribus Aristoteles hallucinatur pa. 113. li. 44
 De iocinore in sexto libro tractat Gale. pa. 83. li. 24
 Demonstrare rem nitentibus, primum nosse oportet sumptionum differentiam pa. 4. li. 2.
 Demonstrationis modus pa. 101. line. 42.
 Demonstrandi rationem non satis didicisse, sed in ea exercitātū esse oportet pa. 4. li. 16
 De demōstratione optime scripserunt Theophrastus & Aristoteles in libris posteriorum resolutionū pa. 1. li. 23
 Demonstratio principij neruorum in capite pa. 104. li. 5.
 Dextro cordis sinu multa animantia carent pa. 88. li. 4

Differentiarum propriarum diuisio pa. 149. li. 28
 Discordes tres animæ facultates ipsius morbum efficiunt pa. 61. line. 32
 Discordia & morbus animi grauitas sunt pa. 65. li. 27
 Diuisionum duplex error. pa. 147 line. 29
 Diuisoria & compositoria speculatio ad artium constitutionem necessaria pa. 145. li. 5
 Diuersa constitutio corporum secundum diuersos pa. 63. li. 38
 Diuinum cur Platonē Posidonius nominauerit pa. 56. li. 39
 Dolores indidem infestantes, nullus locus ostendit præter regionē cordis pa. 32. li. 24
 Duæ species malitiæ in anima. pa. 65. li. 16.
 Duæ membranę in vena arteriosa, in reliquis vniuersis tres. pa. 90. line. 21
 Duplex puerorū peruersitatis causa pa. 67. li. 43
 Duo simul contraria impossibilia. pa. 75. li. 35.
 Duplex in nobis natura facultatū inuicem dissidentū pa. 73. li. 44
 Dysenteria, & e naribus sanguinis profluuium, vere & æstate potissimum proueniunt pa. 128. li. 10
 E
Εκείσε & εκεί quid significēt. paginā. 12. li. 1
 εκφύσησις libilus appellatur. pa. 6. line. 9.
 (Ego) vocis Chrysippum falsam exposuisse rationem, ostēdit Galenus pa. 1. li. 2
 Elementum quid, & quomodo sumatur pa. 120. li. 27
 Elementorum diuisio secundum materiam & figuram. pag. 122. line. 24
 Elementa respondētia humoribus animantis pa. 124. li. 26
 Epichirematum genus secundum. pa. 11. li. 34
 Epicurei ratiocinatricem facultatē in corde existere concludunt. pa. 58. li. 12
 Equiuocationes duplices. pa. 157. line. 37
 Errores qui pa. 43. li. 16
 Eviscerati qui pa. 27. li. 30
 Ex affectu, & secundum rationem viuentes qui pa. 70. li. 3.
 Ex caua iecoris regione radices in vētrem, intestinum ieiunum, tenuē, cecum, colum longanōnem, lienem, & omentum veniunt. pa. 119. li. 29.
 Ex communi necesse est actionē communem quoq; esse. pag. 95. li. 34.
 Excors quis pa. 28. li. 17.
 Exercitatio assidua necessaria ad artes pa. 140. li. 3
 Expiratio fuliginosorum recremē

torū effundēdi gratia fit. pa. 133 line. 39.

F.

Facere virtute, pati imbecillitate, arbitratur Plato pa. 158. li. 1
 Facultates animæ omnes cordi insēsse Aristoteles opinatur pa. 41. li. 6
 Facultatū substantias & numerum in tertio libro docere instituit Galenus pa. 20. li. 29
 Facultatis vnius non multæ virtutes pa. 69. li. 25
 Falsē Stoici dicitant nullum brutum irasci aut concupiscere, vel ex corde neruos esse ortos pa. 1. li. 19
 Febrium distinctio per Platonem. pa. 129. li. 40
 Febricitanti an vinum dandū. pa. 150. li. 11
 Febricitantibus quæ voluptates affectandæ pa. 150. li. 14
 Finis definitio per Platonem. pa. 70. li. 1
 Feruore innati caloris in corde per iracundiam oborto, faciem inflari, ac totū corpus rubescere & calcere veteres dicunt. pa. 22. li. 1

G.

Generalis methodus, citra multorum particularium exercitationem, bonum artificem efficere non potest. pa. 139 line. 25
 Gemitus & voces ex thorace & pulmone emittuntur, non ex corde pa. 36. li. 18
 Gustus sensus instrumenta per humiditatem & humores cognoscuntur pa. 112. li. 35
 γυναικομανείσ pa. 50. li. 6

H.

Herophilus de venarū principio dubitauit. p. 89. li. 3.
 Homerus appetitoriā animæ partem iocinori insēsse indicat. pa. 35 line. 12
 Hominem non esse vnum elementum testatur Hippo. pag. 127. line. 29
 Homines prima ætate calidissimi, extrema ætate frigidissimi. pa. 131. li. 24
 Humoris distributio ventriculi in venas, irrigatio nominata. pag. 134. li. 38
 Humores quatuor, anni quatuor temporibus alius in alio redūdat. pa. 126. li. 44
 Humorem aliquem animantis dicere calidum, frigidum, humidū, aut siccum, veritus Erasistratus. pa. 126. li. 41
 Humilis clauicula quibus sit. pag. 142. li. 45
 Hyeme qui morbi orientur pag. 129. li. 8.

I.

ἡ δ' ἄου καὶ χείραη pagina. 46. line. 19

IN GAL. DE PLAC. HIP. ET PLA.

- Iecore in totius corporis tabem & pallorem elanguescere, temporis spatio animal offenditur. pa. 83. linea. 10
- Iecori distribuendi potestas. pagi. 86. li. 27
- Iecori & stirpibus simile facultatis initium pa. 83. li. 14
- Iecorariæ venæ situs & processus. pa. 97. li. 44
- Iecorariam nominat Hippocrates venam cauam pa. 119. li. 36
- Iecoris superfluum recipiunt membra post ipsum existentia, sicut iecur ventris pa. 95. li. 27
- Iecoris corpus secundum ipsius naturam actionem acquisiuisse, ut sit ruberrimum pa. 96. li. 2
- Iecur ab intestino ieiuno humorẽ sanguificum trahit pa. 95. li. 12
- Iecur cur non ex superfluo in animalis a natura fabricatum pa. 86. linea. 23
- Iecur cur venarum initium pag. 89. li. 25
- Iecur cur sit virtutis appetitoria. pa. 119. li. 24.
- Iecur distribuere sanguinem cordi non ministri, sed ducis & præfectoris opus est pa. 86. li. 38
- Iecur euidentius venarum initium, quam cor arteriarum. p. 93. li. 21
- Iecur multarum facultatum secundum diuersos pa. 83. li. 15
- Iecur primæ generationis venarum exordium, & materiæ dispensationis nutrimenti totius corporis pa. 94. li. 29
- Iecur principium & finis vniuersarum venarum pa. 94. li. 26
- Iecur quibus particulis alimentum suppeditet pa. 87. li. 4
- Iecur vniuersam sanguinis speciẽ absoluit pa. 87. li. 22
- Ignis nomen ad calidi appellationem transmittitur pa. 132. li. 5
- Ignis præ cæteris elementis rarissimis constat particulis. pa. 131. linea. 40
- Illuc pro illic Chrysippus dixit. pa. 111. li. 43.
- Immutatio qui fiat secundum Chrysippum pa. 53. li. 29
- Impetus & motus cur animalibus oboriatur
- Indifferentia existentia secundum Aristonem & Chrysip. pa. 103. linea. 2.
- Indiuidua species qualis pa. 121. linea. 4.
- Initium facultatum infantes regentium ex semine prouenit, non ex utero pa. 92. li. 36
- In metu euidentis palpiratio cordis est pa. 32. li. 18
- Inobedientem rationi motum appellat Chrysip. pa. 46. li. 14
- Insania ab irrationali in corpore ueritatur pa. 50. li. 7
- Insania infirmitas rationalium. pag. 50. li. 8
- Inspiratio libera quæ sit pa. 7. li. 9
- Inspiratio natiui caloris refrigerandi gratia sit pa. 133. li. 38
- Inspiratio libera & violenta. pag. 7. linea. 8.
- In scientificis sumptionibus homo exercitandus pa. 39. li. 22
- Inspiratio violenta quæ sit. pa. 7. linea. 10
- In vertice capitis medius & principalissimus cerebri sinus habetur pa. 39. li. 10
- Insueti magis afficiuntur. pa. 50. linea. 42.
- Iocinori cur nutritoria facultas insit. pa. 86. li. 17
- Iracundia a corde profilit. pa. 58. linea. 13.
- Ira animosæ facultatis. p. 41. li. 13.
- Iracundia actio est irascibilis animalis pa. 79. li. 27
- Iracundia a ratione diuersa. pa. 77. linea. 35.
- Iracundia cupiditati non auxiliatur pa. 76. li. 28
- Iracundia & concupiscentia quomodo affectus & actiones dicantur pa. 80. li. 37
- Iracundia finitio secundum philosophos pa. 98. li. 3
- Iracundia mouetur, rationi auxiliaturia pa. 76. li. 20
- Iracundia naturali statu prædita, opinioniones rationis sequitur. pag. 77. li. 24
- Iracundia prauè affecta, immorgera rationi mouetur. pa. 77. li. 25
- Iracundia rationi subseruit & auxiliatur, ut canis venatori. pa. 76. linea. 35
- Iracundia semper rationi contra cupiditatem auxiliatur. pa. 76. li. 38
- Iracibilis anima quare in corde. pa. 96. li. 37
- Iracisci opus irrationale. pag. 53. linea. 22
- Iracibilem sæpe animæ partem superat ratio in ijs qui ad summum philosophiæ studium perueniunt. pa. 26. li. 4
- Iracibile viscus necessario calidum, non autem necessario calidum vehementer appetitorium. pa. 97. linea. 32
- Irrationabilibus animæ viribus scientiæ non innascuntur. pa. 69. linea. 14
- Irrationabilium animæ partium necesse est irrationales quoque virtutes esse pa. 69. li. 18
- Irrationalis, dictio, quid significet. pa. 46. li. 43. & pa. 47. li. 8
- Iudicij naturale instrumentum inuenturo necessarium pag. 136. linea. 36
- Iudicare opus in ratiocinante & ratiocinabili pa. 46. li. 7
- Iudicia naturalia omnibus hominibus communia quæ sint. pa. 136. li. 42
- Iudicia quædam naturalia omnibus hominibus communia. pa. 136. linea. 37.
- Iugularibus venis dissectis aut laqueo interceptis animal obmutescit pa. 14. linea. 48
- K.
- κοινὸν φῶραυ communem sensum dicimus pa. 21. li. 28
- κρατία dominium dicta. pa. 31. linea. 30
- L.
- Larynx composita tribus cartilaginibus pa. 6. li. 35
- Larynx, summa pars gutturis pa. 6. li. 15
- Latis coxis animalia, & frigidiora, naturam habent timidiorum. pa. 68. li. 21
- Lati pectoris animalia, & calidiora, naturam habent iracundiorum pa. 68. li. 20
- Latissimum venæ cauæ in inferiori iecoris portione pa. 86. li. 9
- Lemmata sumptionum differentia pa. 20. li. 18
- Lemmata vocantur sumptiones. pa. 1. li. 16
- Leo iracundus pa. 26. li. 25
- Librum secundum de natura hominis, & de victus ratione qui falso Hippo. ascribuntur, spurios nominat Gale. pa. 85. li.
- Lingua coloribus, nigrae corporis dispositiones ex adustione fuliginosa cognoscuntur. pa. 126. li. 2
- Lingua non vocis sed loquelæ instrumentum pa. 7. li. 17
- Luxatorum similitudo & dissimilitudo pa. 143. li. 5
- M.
- Maxima minimorum vasa sunt principia. pa. 92. linea. 33
- Medicinae & philosophiæ virtutem adferentia in nono libro tradit Gale. pa. 136. li. 6
- Medico scire quid sufficiat. pag. 122. li. 12
- Megalosplanchnus, id est magnis visceribus præditus. pa. 28. li. 28
- Membrana utraq; cerebri exæpta non læditur particula in quam eius neruus pertinet. pag. 106. linea. 24
- Membrana dura excisa, etiam posteriori cerebro incisa vel excisa animal sensus & motus non fit expers pa. 104. li. 44
- Membranarum in ostiolo venæ arteriosæ attrahentium & expirantium dispositio pa. 90. li. 23
- Membranae actionem non habent sicut arteria, nerui & venæ. pag. 101. li. 36
- Membra animantis omnia ex iecore, non ex corde nutriuntur. pag. 90. li.
- Mente alieni per febrilem morbum, non animis ægrotare dicendi. pa. 60. li. 20
- Mens circa cor secundum Diogenem

INDEX ALPHABETICVS.

nem pa. 9. li. 7
 Mendacium non quodlibet ridicu-
 lum pa. 134. li. 9
 Mente alieni per luctum, cupidita-
 tem, aut iracundiam, corporibus
 ægotare non dicendi. pag. 60.
 linea. 20
 Methodorum capita tria. pa. 156.
 linea. 15.
 Metis, consilium & prudentia. pa.
 37. li. 8.
 Metus, tristitia, idque genus affectus
 in corde consistunt. pa. 32. li. 27
 Microsplanchnus, id est paruis vis-
 ceribus præditus pa. 28. li. 43
 Minerua ex Iouis capite nata fabu-
 latur pa. 37. li. 6
 Morbi animæ particulæ quæ sint
 secundum Platonem. pa. 61. li. 28
 Morbi animi cum corporis morbo
 similitudo pa. 61. li. 22
 Morbi animi definitio. pag. 61.
 linea. 27
 Morbi corporis definitio secundum
 Chrysippum pa. 61. li. 12
 Morbi in corporibus virtute, actu
 vero non pa. 124. li. 25
 Morbosæ cõstitutionis similitudo
 pa. 60. li. 12
 Morsus in ventriculi orificio. pag.
 17. li. 27
 Motoriorum neruorũ functio. pa.
 109. li. 19.
 Motus arbitrarij a musculis perfici-
 untur. pa. 6. li. 39
 Motuum animantis diuersitas. pa.
 117. li. 13
 Motus effrenes & immoderati nõ
 actiones dicendæ, sed affectus, ex
 secundo significato. pa. 80. li. 12
 Motus omnes, actiones quædam ani-
 mæ affectibus obnoxie ex primo
 actionis significato pa. 80. li. 10
 Motus qua ratione actiones & affe-
 ctus simul dicantur. pa. 80. li. 15
 Motus voluntarij principium cere-
 brum: non voluntarij, cor, contra
 Aristotelem pa. 18. li. 27
 Musculi venis, arterijs, & neruis nu-
 triuntur pa. 153. li. 30
 Musculorũ hominis numerus. pa.
 153. li. 29
 Musculi vt moueantur, neruos a ce-
 rebro oriuntur requirunt. pa. 7.
 linea. 3
 Musices tres toni diuersi. pa. 146
 linea. 9

N.

Natura hominis ex elemen-
 tis, non ex confectione ap-
 paret pa. 85. li. 15
 Natura mouens hominem volun-
 tarijs motibus, animalis quædam
 euaporatio est pa. 19. li. 32
 Naturam corporis eandem maris
 & foemine esse, non concedendum
 secundum Platonem. 140. li. 7
 Nerui a cerebro continuum requi-
 runt præsidium pa. 109. li. 11
 Nerui a cerebro prodeuntes nume-
 ro sexaginta pa. 115. li. 36

Nerui ex cerebro proueniētes sub-
 stantia triplices pa. 104. li. 11
 Nerui fune intercepti aut dissecti
 particulæ cerebro cõtinuæ, facul-
 tatis principij sui vim retinent.
 pa. 82. li. 45
 Nerui fune intercepti qui supra fune-
 nem habentur, sensum perdunt
 & motum pa. 82. li. 45
 Neruis iugularibus oblesis animal
 obmutescit, arterijs vero non. pa.
 15. li. 38
 Neruis maiora minoribus insunt
 principia pa. 85. li. 33
 Neruorum a cerebro prodeuntium
 distributio secundum Pelopem.
 pa. 85. li. 15
 Nerui parte medullari dissecta,
 ipsius membrũ sensus & motus
 expers efficitur pa. 116. li. 1
 Neruorum principium Aristoteles
 ignorauit. pa. 116. li. 7.
 Neruorum principium non mem-
 branæ, sed cerebri. pag. 104.
 linea. 10
 Neruos a crassiore membrana profi-
 cisci autumabat Erasistratus. pa.
 104. li. 14
 Neruos ex corde ortos dicitant
 Stoici pa. 1. li. 20
 Neruus a cerebro prodies fune in-
 terceptus vel dissectus musculũ
 in quẽ inseritur, immobilem red-
 dit pa. 7. li. 4
 Non cor sensus motusque volun-
 tarij principium, ideo quod cor in
 medio thorace habeatur. pa. 5.
 linea. 45
 Non idem quod mouet & nutrit.
 pa. 19. li. 42
 Notiones & præsumptiones actio-
 nes pa. 62. li. 36
 Notiones & præsumptiones, non
 animi sed rationis particulæ dicē-
 dæ pa. 62. li. 32
 Nutritoria & vegetatiuæ facultas
 quæ sit materies. pa. 86. li. 19
 Nutriendi principium non in cor-
 de, sed vnum aliquod. pag. 18
 linea. 43

O.

Oblitum esse, & immutatũ,
 non affectus, sed inscitia,
 ignorantiaque est. pag. 53.
 linea. 9
 Oculi constitutio pa. 62. li. 42
 Oculi compositio. pa. 109. li. 35
 Oculorũ affectus suffusio. pa. 112.
 linea. 43
 Oculus eã habet rationem cum am-
 biente aere, quam neruus visorius
 cum cerebro pa. 110. li. 13
 Oedemata hyeme potissimum pro-
 ueniunt pa. 128. li. 5
 Odorum genus medium inter aerẽ
 & aquam pa. 111. li. 19
 Olfactus in priorum cerebri ventri-
 culorum extremis. pa. 111. li. 4
 Omnem actionem & affectum in
 sola rationali parte consistere tu-
 etur Chrysis. pa. 66. li. 7

ὀρνιθομανίς pa. 50. li. 6
 Oratio scientifica quæ sit. pa. 101.
 linea. 41
 Orationum differentie vocum, non
 ipsis quæ insunt rebus animum
 attendit Chrysis. pa. 103. li. 8
 Oratio quæ sit pa. 120. li. 41
 Oræ duæ in utroque cordis ventricu-
 lo pa. 91. li. 1
 Oris ventriculi dolor quis cardial-
 gia appelletur pa. 17. li. 4
 Ossa venis nutriuntur. pag. 153
 linea. 29
 Os in animantibus, sicut in stirpibus
 extremum radicationis. pag. 84.
 linea. 3.
 Ossium hominis numerus. pa. 153.
 linea. 28

P.

Palpitationum motus non se-
 cundum naturam. pa. 79.
 linea. 38
 Pares utriusque hominis particulæ.
 pa. 153. li. 31
 Parenchyma effusio. pa. 95. li. 27.
 Patibilis & irrationalis animæ pars
 in corde, non rationalis. pag. 34.
 linea. 36
 Patilis animæ pars in corde. pag.
 119. li. 3
 Pelops Galeni præceptor cerebrũ
 omnium valorum initium ostens-
 dere conabatur pa. 84. li. 43
 Pharynx, alpera arteria dicitur.
 pa. 6. li. 23
 Philosophia a peccatis immunes
 reddit pa. 103. li. 7
 Pituita alba pa. 130. li. 37
 Pituitæ generatio pa. 130. li. 43
 Picrochilus tumor qualis. pa. 130.
 linea. 28
 Pituita vnde augetur. pag. 128.
 linea. 21
 Plato triplicem animam professus
 est pa. 21. li. 6
 Plato vim discendarum demon-
 strationum calluit pa. 72. li. 34
πλεονεξία eminentia Græcis dicta
 pa. 89. li. 21
 Plexus reticularis arteriæ ad cere-
 bri basim pa. 39. li. 6
 Plexus reticularis prope cerebrum
 veluti labyrinthus ex vitali spiri-
 tu animale efficiens. pag. 105.
 linea. 45.
 Pleuritidis curæ medicorum error
 pa. 147. li. 10
 Pleuritidis cura per Hippo. pag.
 147. li. 20.
 Poeta nullus citra demonstratio-
 nem de placito fidem facere pos-
 test pa. 2. li. 5
 Portæ iecoris vena quæ dicatur. pa.
 88. li. 30
 Posidonius Aristoteles & Plato in
 particularibus quibusdam de virtu-
 tum differentia dissentiant. pag.
 73. li. 3
 Posidonius educatus in geometria
 pa. 48. li. 19
 Posidonius Stoicorũ scientissimus

IN GAL. DE PLAC. HIP. ET PLA.

pa. 118. li. 16
 Potus copiose ingestus per asperam
 arteriam, stragulat, & tussiculam
 adfert. pa. 135. li. 7
 Potum in pulmonem venire autu-
 mat Plato pa. 133. li. 40
 Præcipitem contradictionem incre-
 pant Stoici pa. 27. li. 34
 Præcordia iecoris coherent. pa. 98.
 linea. 14
 Præfagium malum in morbis acu-
 tis pa. 137. li. 42
 Prima & secunda corpora appel-
 lauit Aristoteles pa. 123. li. 30
 Primaria ratione a natura fieri quod.
 pa. 79. li. 32
 Princeps anime parsicula in eo est,
 quo consideramus & differimus.
 pa. 35. li. 39
 Principatus existit abs quo, non ex
 quo sermo emittitur. pag. 11.
 linea. 40
 Principium motus sermonis a ce-
 rebro defertur pa. 14. li. 33
 Proprietas, medicine constituit vtri-
 usque, corporis & anime curatio-
 nis similitudinem & proportionem
 pa. 60. li. 31
 Principia sequentes, qui maiora exi-
 stimant ipsis principijs, a fluminis
 bus decipiuntur pa. 84. li. 22
 προειρημιειρ pa. 55. li. 37
 Propria corpora quæ habeant. pa.
 95. li. 30
 Pueri ad honestum naturalem quan-
 dam habent proprietatem. pag.
 66. li. 19
 Pueri educandi & instituendi. pag.
 69. li. 4.
 Pueri natura inclinationem habent,
 & alienationem pa. 68. li. 4
 Pulchritudinis & turpitudinis cog-
 natio pa. 65. li. 14
 Pulchritudo in quo consistat. pa.
 63. li. 35.
 Pueris affectus oboriuntur. pa. 67.
 linea. 9
 Pueri prima ætate instituendi. pa.
 69. li. 7
 Pugnanciam aut consequentiam res-
 rum nouisse, rationalis facultatis
 opus est pa. 30. li. 29
 Pugna ratiocinatricis facultatis cum
 appetitoria pa. 73. li. 38
 Pulmonem aliquid ex potu ingre-
 ditur pa. 135. li. 17
 Pulsus cordis quomodo actio & af-
 fectus dicatur pa. 80. li. 6
 Pulsus in dextro cordis sinu. pag.
 94. li. 7
 Pulsus magnus qualis in arteriatu
 motu, talis in irascibilis anime
 motu iracundia pa. 80. li. 13
 Pulsuum motus secundum naturam
 pa. 79. li. 39
 Pulsus nominis, diuersus veterum
 vsus pa. 79. li. 39
 Pulsus non omnis actio. pa. 80.
 linea. 2
 Pupillæ dilatatio quomodo. pag.
 107. li. 19

Q.
 Vando antiquorum testimo-
 ria citanda pa. 78. li. 18
 Quando quis corpore do-
 leat pa. 124. li. 41
 Qua ratione scientifi-
 ca demonstrationis sumptio a the-
 torica, exercitatoria, & sophistica
 differt pa. 3. li. 26
 Quare thoracis musculi ipsi arbi-
 trarium motum communicent.
 pa. 132. li. 42
 Quatuor humoribus plurimos mor-
 bos tribuit Plato. pa. 126. li. 15
 Quatuor secundum naturam hu-
 mores, secundum Hippo. pa. 126
 linea. 43
 Quatuor venarum paria Hippo.
 commentarijs inscripta, a nullo
 anatomicorum dicuntur, neque in-
 dicantur pa. 85. li. 4
 Quæ eidem similia sunt, omnino
 etiam inter se similia sunt. pa. 60.
 linea. 1
 Qui humores in homine, & quo an-
 ni tempore redundant secundum
 Hippo. pa. 127. li. 41.
 Qui morbi ex pituita fiant, secun-
 dum Platonem pa. 126. li. 33
 Qui morbi ex bile flaua fiant, secun-
 dum Platonem pa. 126. li. 32
 Qui morbi ex atra bile fiant secun-
 dum Platonem pa. 126. li. 35
 Quinque sensuum qualitas. pag.
 110. li. 39
 Quod idem nos mouens sit primum
 iuxta arbitrium, & nutriendum, refra-
 gatur Gal. pa. 19. li. 37
 Quomodo corpora nostra ex ele-
 mentis consistant pa. 123. li. 10
 Quomodo fiat distributio altera-
 tionis visus pa. 108. li. 12
 Quomodo sani simus, & ægrotus
 mus pa. 121. li. 32
 Quomodo spiritus visorius ambi-
 ti aeri incidens, alterationem effi-
 ciat pa. 108. li. 34
 Quomodo visus per neruos visio-
 rios substantiam habet spiritalem
 pa. 108. li. 33
 Quos impetus irrationales nomi-
 net Chrysp. pa. 47. li. 16
R.
 Radicatio venarum iecur, ar-
 teriarum cor. pa. 88. li. 42
 Ratio Chryssippi, cur Mi-
 netuam ex vertice louis, non ex
 ore prodijisse fabulatus sit. pa. 38.
 linea. 36
 Ratio cupiditatum impetui domi-
 natur pa. 57. li. 25
 Ratio iracundia prior est. pa. 78
 linea. 26
 Ratio quomodo superior euadat
 affectibus partis anime obnoxia
 pa. 71. li. 14
 Rationis definitio per Chrysp. pa.
 62. li. 34
 Rationis similitudo ad equitem &
 venatorem pa. 24. li. 31
 Rationem affectui concurrere quo-

modo dicatur pa. 44. li. 19
 Rationem affectui reniti quomo-
 do dicatur pa. 44. li. 23
 Rationem nominis non esse testem
 violentum, Gale. in opere de recta
 nominum ratione declarauit. pa.
 134
 Ratiocinatrix facultas in dijs. pa.
 82. li. 26
 Ratiocinatricem, anime species &
 partes nominat Plato. pa. 82. li. 1.
 Ratiocinationem, iracundiam & cu-
 piditatem ex eadem parte non profi-
 cisci affirmat Plato. pa. 22. li. 31
 Ratiocinatricem anime vim, præ-
 sidem mentem & principem Chry-
 sippus nominauit pa. 17. li. 5
 Ratiocinamur, irascimur, & con-
 cupiscimus, non speciebus aut par-
 tibus anime, sed facultatibus se-
 cundum Aristo. & Posido. pa. 75
 linea. 44
 Ratiocinatio fit vnde sermo emittit-
 titur, secundum Chrysippum. pa.
 9. li. 16
 Rationalis anime species diuersa
 ab appetitoria pa. 75. li. 8
 Rationalem constitutionem vniuers-
 sos affectus motiones excessisse re-
 cte scribit Chrysp. pa. 48. li. 7
 Renum & vesicæ fellis functio, san-
 guinem expurgare pa. 87. li. 14
 Respiratione cohibita, arteriæ cum
 corde mouentur pa. 133. li. 28
 Rhetorica quæ sint vocanda. pa.
 3. li. 38
 Rhetoricam affecturo necessariam.
 pa. 139. li. 7
 Recedere a statuto initio, anime
 imbecillitas & infirmitas est. pa.
 53. li. 11
 Remouere pro expuere emittere
 abijcere Chrysippus vtitur. pa.
 30. li. 28.
S.
 Sanguis autumnis paucissimus
 pa. 128. li. 18
 Sanguis cordis flauior iecoris
 sanguine pa. 96. li. 23
 Sanguis ex secunda elementorum
 constitutione creatus. pa. 125. li. 34
 Sanguinis ex humore ventriculi mu-
 tatio a propria iecoris substantia.
 pa. 94. li. 42
 Sanguis generationis nostræ ceu
 materia pa. 123. li. 19
 Sanguis iecoris, alimentum totius
 corporis pa. 97. li. 23
 Sanguis in animalibus differt. pag.
 68. li. 25
 Sanguis nutrit pa. 19. li. 43
 Sanguis purus in dextro cordis si-
 nu, sicut in omnibus venis. pa. 87.
 linea. 15
 Sanguis purus in sinistro cordis si-
 nu, sicut in omnibus arterijs. pag.
 87. li. 17
 Sanguis qui ab ambiente aere coa-
 gulatur, grumus euadit. pa. 96.
 linea. 4
 Sanguis cur rubri coloris. pa. 132.

INDEX ALPHABETICVS.

- Linea.** 41
Sanguinis generatio. pa. 132. li. 15
Sanguis siccior, flauus: humidior ruber pa. 96. li. 24
Sanguinis alteratio. pa. 96. li. 7
Sanguinis euacuatio celerissima quatuor magnis vasis diuulsis. pag. 8. linea. 11
Sanguinis excrementorum receptacula pa. 87. li. 8
Sanguinis generatione pereunte, mori necessarium pa. 91. li. 33
Sanguinis humidum temperamento, rubri colore, prima generatio in iecore pa. 96. li. 27
Sanguinis flauus, tenuis, subtilis & spirituosus, in sinistro cordis ventriculo origo pa. 96. li. 29
Sanguis iecoris non valide circumfertur, sicut cordis pa. 96. li. 41
Sanguinis in arterijs existentis dispositio & qualitas pa. 87. li. 18
Sanguinis spiritus & caloris perfectio pa. 97. li. 38
Sanguinis tepidi opinio ab aliquibus non recta pa. 96. li. 10
Sanguinem deriuare quid sit. pa. 86. linea. 16
Sanguinem & spiritum ex corde toti corpori distribui non dicendum. pa. 91. li. 5
Sanguinem obtinent omnes particulae infra septum transversum existentes a iecore pa. 86. li. 43
Sanies quomodo generetur. p. 125. linea. 14
Sanitas in quo constat. pa. 63. li. 36
Sanitatis corporis definitio secundum Chrysip. pa. 61. li. 13
Sanitatem in elementorum symmetria, pulchritudinem in particularum commoderatione collocauit Chrysip. pa. 63. li. 25
Scientia regum quiddam & dominatorum pa. 53. li. 6
Scientiae definitio a Platone. pag. 103. li. 26
Scientiae pronuntiatio. pa. 103. linea. 18
Scientiam habere, rationalis facultas est pa. 53. li. 22
Seditio quid pa. 65. li. 19
Sensus alterationis dignotio. pag. 113. li. 10
Sensus alterationis dignotio, ex communi facultate omnium sensoriorum pa. 115. li. 20
Sensum laborem vocat Hippocrates. pa. 113. li. 15
Sensorij nerui qui 109. li. 15
Sensus omnibus membris & motus ex cerebro suppeditatur. pag. 106. li. 22
Sensorium primum, commune omnium particularium sensuum. pa. 111. li. 41
Sensorium visus quod statuendum pa. 115. li. 11
Sermo vnde emittitur secundum Diogenem pa. 9. li. 2
Secundam elementorum constitutionem quae habeant. pa. 125. linea. 28
Secundum propriam vniuscuiusque substantiae speciem, propria necessario functio est pa. 95. li. 39
Septum transversum veteres phrenas appellarunt pa. 134. li. 29
Sermonis definitio pa. 9. li. 4
Sibilus a simplici expiratione differt pa. 6. li. 25
Similium dissimiliumque dignotio a naturalibus naturae iudicijs desumenda pa. 137. li. 12
Similium dissimiliumque notio. pa. 137. li. 6
Similitudinis rerum discretio utilis pa. 136. li. 9
Similitudinum & dissimilitudinum rerum dignotionem, alium decepturo opus esse pa. 138. li. 33
Simplicissima corporis partes elementa nominatae pa. 61. li. 23
Situs cordis pa. 5. li. 15
Sophismata ex similitudine falsa. pa. 152. li. 26
Species animae pars: non tamen pars animae statim species est. pag. 82. linea. 33
Species in similaribus non differt. pa. 81. li. 29
Speculatoriam philosophiam laudat Plato pa. 122. li. 7
Spinalis medulla caudex est: neruosa solum neruorum. pa. 85. li. 29
Spinalis medulla quod a cerebro originem habeat pa. 116. li. 3
Spinalis medullae membranae. pa. 115. li. 41
Spinali medulla dissecta perit & respiratio & vox pa. 8. li. 15
Spiritus aliquis in neruis existimandus pa. 106. li. 30
Spiritus animalis ex vitali elaboratio: habet originem. pa. 105. linea. 39
Spiritus animalis non animae substantia, sed organum primum pa. 105. li. 35
Spiritus animalis cur non sit animae substantia pa. 106. li. 2
Spiritus in ventriculo cerebri generatur pa. 105. li. 21
Spiritus in ventriculis cerebri quomodo distribuitur pa. 39. li. 1
Spiritus in ventriculis cerebri animalis dicitur pa. 39. li. 3
Spiritus mouet pa. 19. li. 43
Spiritus non animae substantia est. pa. 105. li. 20
Spiritus primum animae instrumentum pa. 105. li. 23
Spiritus primum organum sensus & motus arbitrarij pa. 105. li. 17
Spiritus splendidus fertur in neruis opticis per foramina manifesta. pa. 106. li. 45
Spiritus visorius duo possidet, aere, & ignem. 63. li. 5
Spiritus visorius quomodo neruis visus distribuatur pa. 108. li. 6
Spiritus vitalis in arterijs, animalis in cerebro pa. 105. li. 35
Spiritus vitalis generatio. pa. 105. linea. 37
Spiritus animalis ex capite, vitalem ex corde proficisci affirmat Erasistratus pa. 19. li. 18
Stirpes & semina in terra dispensantur, sicut in iecore venae. pa. 83. linea. 29
Stirpibus & arterijs minora maioribus insunt principia. p. 85. li. 33
Stoici falso dicitur nullum brutum concupiscere aut irasci, vel ex corde neruos esse ortos pa. 1. li. 19
Stoici naturam nominant non animam quae stirpes dispensant. p. 83. l. 21
Substantiae cognitio circa arte habenda pa. 151. li. 1
Sumptiones captae ab his quae cordi insunt, duplici variant discrimine pa. 5. li. 14
Sumptiones lemmata vocantur. pa. 1. li. 16
Sumptiones tertij generis quae sint pa. 5. li. 19
Sumptiones a rei substantia proprias esse petendas pa. 3. li. 12
Sumptiones confusae in libris Zenonis & Chrysippi pa. 3. li. 29
Sumptionum differentias quatuor ostendit Gal. pa. 17. li. 15
Sumptionum differentias in vniuersum quatuor esse refert Gal. p. 20. l. 21
Sumptionum differentias ostendit Galenus pa. 17. li. 18
Sumptionum scientificarum definitio pa. 17. li. 23
σφαγιτιδες venae iugulares. pa. 14. li. 39
συσσολη pa. 7. li. 19

T

- Tactilis sensus instrumenta sensoria tenixu percipiuntur** pa. 112. li. 34
Tempus intra quod puerorum affectus potissimum iudicatur pa. 129. li. 19
Terra sola elementorum solida. pa. 113. li. 3
Terra mundi media. pa. 118. li. 35
Theuth homo diuinus apud Aegyptios qui prima literarum elementa adinuenit pa. 146. li. 31
Timiditas paruus motus, sicut paruus arteriarum motus. p. 80. l. 14
Tres animae proprietates ad quid insint pa. 67. li. 24
Tres animae particulae secundum animae impetum nos mouentes p. 72. l. 22
Tres facultates ad cor reducere conatur Chrysippus pa. 40. li. 28
Tria vasorum genera connectunt cor cerebro, venae, arteriae, nerui pa. 14. li. 38
Tristitia affecti bile euomunt. pa. 18. li. 1
Tristitiae definitio secundum Chrysippum pa. 55. li. 22
Tristitiae definitio secundum Chrysippum pa. 42. li. 3
Tristitiae, metus, & voluptatis definitio secundum Chrysip. p. 41. l. 38

Theuth. p. Vermittleras.

timidi

INDEX ALPHABETICVS.

- Trium facultatum animæ enumeratio pa. 72. li. 30
 Turpitude quid pa. 65. li. 21
 Turpitude quomodo animis innascatur pa. 65. li. 29
- V
- V**bi neruorū initium, ibi animæ principatus p. 118. l. 45
 Vena caua, cuius ramus cordi inseritur, rectā à iecore ad iugulum emergit pa. 87. li. 36
 Vena caua, ubi septū trāuersū corcingit, in ramos scindit p. 88. l. 18
 Vena caua in duos magnos ramos diffunditur, priusquā ad cor peruenerit pa. 88. li. 20
 Vena cur dicatur pa. 96. li. 45
 Vena iecoris principium venarum vterum perreptantium. pa. 92. linea. 34
 Vena iecoris sursum tendens in cor distribuitur pa. 87. li. 43
 Vena innascens dextro cordis ventriculo, quæ propago est cauæ venæ, pulsat pa. 94. li. 7
 Vena laqueo intercepta aut dissecta, alimenti inopia macilentam & decoloratam partem quam nutrit, temporis spatio reddit. pag. 83. li. 11
 Venæ cauæ propagatio. pa. 120. linea. 2
 Venæ radicibus similes. pa. 86. li. 5
 Venæ secundarum, quæ vtero conceptū annectunt, propagine sunt maximæ venæ ex iecore profectæ pa. 92. li. 4
 Venæ tres in ostiolo cauæ venæ. pa. 90. li. 27
 Venarum, arteriarum, & neruorum principū cerebrum Pelops astruxit pa. 89. li. 5
 Venarum & arteriarum principū cor pronunciat Erasistratus. pag. 91. li. 16
 Venarum principium iecur. p. 119. linea. 22
 Venarum processus ex iecore. pag. 88. li. 28
 Venarum vteri processus. pag. 92. linea. 6
- Venosum genus ex corde naturam foetum formando produxisse adstruit Erasistratus pa. 91. li. 25
 Venter cur inferior fabricatus sit. pa. 134. li. 34
 Ventris reticulum instar gibbosæ lagenæ pa. 131. li. 44
 Ventriculis cerebri vulneratis totū animans torpidum euadit, non tamen interit arteriarum vel cordis motus pa. 32. li. 44
 Veris vtētē principijs necesse totū recte dicere pa. 71. li. 41
 Vere qui morbi oriuntur pa. 129. linea. 1
 Vertebra eluxata spinalem medullam corrumpit pa. 143. li. 24
 Vertebrae luxatio quæ facilis, & quæ difficilis pa. 143. li. 22
 Vertebrae arctissimas inter cætera suæ magnitudinis animalia habet homo pa. 144. li. 3
 Vis quædam irrationalis ad corporis sanationē pueris, & brutis similes homines ducit. pa. 73. li. 33
 Vim animosam ex thorace & corde proficisci inquit Chrysippus. pa. 21. li. 43
 Vim rationalem animæ tantum factibus obnoxiam statuit Chrysippus. pa. 101. li. 19
 Viri & mulieris similitudo & dissimilitudo secundum Pla. pa. 142. linea. 4
 Umbilici regio mediā in animāte. pa. 6. li. 3
 Vnitio ex elementis omnium physiscorum corporū communis. pa. 124. li. 3
 Vinum album vinosum. pa. 149. linea. 40
 Vinum dulce pa. 149. li. 33
 Vinum vermiculum pa. 150. li. 1
 Vniuersa principia ex corde proficisci existimabat Aristo. & Teophrastus pa. 79. li. 6
 Visus effectus neruorum ex cerebro & spinali medulla prodeūtiū pa. 109. li. 26
 Visus sit per medium aerem. pag. 114. li. 29
- Visus proprium sensorium, colorū genus, sicut gustus humores sentit pa. 110. li. 14
 Visus quomodo per aerem fiat. pa. 114. li. 30
 Visum ignis purissimi splendorē & lumen esse dicit Plato. pa. 111. linea. 22
 Visorius neruus dissectus supra cerebri continuitatem insensibilis redditur pa. 108. li. 40
 Visoriorum neruorū meatus vtrique in idem perueniunt. pa. 107. li. 23
 Visoriorum neruorum situs. pa. 107. li. 5
 Visoriorum neruorum principium pa. 107. li. 10
 Visoriorum in neruorum cōsectione spectanda tria pa. 107. li. 12
 Viceris deligatio pa. 149. li. 4
 Vox ex cerebro fit pa. 6. li. 38
 Vox emittitur ex asperis pulmonis arterijs pa. 21. li. 29
 Vox per asperā arteriā a corde emittitur pa. 5. li. 40
 Vox quomodo efficitur. pa. 6. li. 33
 Vocis emissionis molimine, thoracis & abdominis musculi extenduntur pa. 6. li. 21
 Vocis initium pulmo & aspera arteria pa. 6. li. 13
 Vocis instrumentum primum & peculiare summa pars gutturis. pa. 6. li. 14
 Voluptatis definitio secundū Chrysippum pa. 42. li. 4
 Voluptatum differentia ex metho do diuisoria pa. 150. li. 16.
- X.
- Xenophon scripsit de deorum substantia pa. 152. li. 16
- Y.
- ὕπὸ quid pa. 13. li. 26
- Z.
- Zeno vocem a cerebro procedere negat pa. 8. li. 40
 Zenonis error pa. 13. li. 45

F I N I S .

Antequam opus legas, vitiatam lectionem sic castigato.

Pagina. j. linea 34. quod nominis ratio testis sit mendax, sc. 4. 3. ipas, 4 li. dicēte. 5. dicente vt. 7. 22. quinam. 41. si quidem. 10. 45. inclinans. 17. 7. demonstrato si qua. 24. constituuntur. 21. 40. opinionem astruere in. 28. 3. animalem gar. 31. 22. quæ de voce, ego, quod 42. demonstrabimus. 36. 4. processisset. 39. 30. inuenisset verū & 45. 15. impetus & approbatio. 15. redundans approbatio. 47. 11. opponitur error est. 48. 2. afficiuntur. 63. 28. commoderationem. 65. 28. prauitatē. 82. 39. capite, aliam in corde: aliā in io. 82. 45. qui superne deorsum habentur. 90. 1. principium. Ambo enim hæc inuicem coniuncta sunt, & non possunt dirempta inter se fieri, rectū principū dico, & doctrina vere, principij rei. 90. 25. membranas. 26. temporis, quæ vasis. Ibidem obnascuntur. 33. incumbentes dicebamus con. 91. 3. alterum ex caua vena in cor sanguinem inducit, de quo. 94. 8. similiter arterijs puls. 24. corporis totius ve. 95. illæ humorem. 96. 4. grumus. 99. 37. cur ita Homerus Tytion. 103. 45. ratione autē ad. 104. 26. hoc, posterius cerebrum, pleri. 105. 35. sed quasi or. 106. 24. ambas. 42. an spiritus. 124. 16. duplicē secundum prædicta. 127. 2. dico autem esse. 16. hyeme & æstate. 153. 33. venam. ad musculos autem non. Errorem porro in numeris foliorum commissum, ipse tibi facile repones.

1

CLAVDII GALENI PER GAMENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS PLACITIS LIBER SECVNDVS,

IOANNE GVINTERIO ANDERNACO INTERPRETE.

Primus desideratur in Græco exemplari.



Vum de Hippocratis & Platonis placitis cōsiderare instituissem, ab eo quod potestate primū est, auspiciatus sum: quod & reliqua propè vniuersa particularia sublequi mōstratum est. hoc autem est, facultates corpus nostrum dispensantes, quot sint numero, quales singulæ, & quam in animante sedem sortitæ sint. Verum nihil tam cauēdum esse in hoc opere duxi, atq; euidenter apparentibus contraria affirmare: quemadmodum hi factitant qui bruta concupiscere aut irasci negant, quiq; neruorū principium in corde existere pronunciāt. quippe ausi sunt id genus omnia veterū pulcherrima inuenta homines contentiosi subuertere, vt nouam sibi sectam constituerent. Itaq; huiusmodi mendacia libro priore confutauī. nunc verò ad aliud sermonis quàm habent, genus digressus, euidenter pro viribus ostendere decreui, quo tandē modo hallucinentur. At forte satius fuerit perspicuitatis gratia, statim operis initio sermonū differentias distinguere, quibus omnes malè quodcunq; problema tractantes vtuntur. Dico autem sumptionum, lemmata vocant, quas conclusionis gratia adducunt, alias quidem manifestò esse falsas, alias verò propositæ contemplationi minime proprias. Palam sanè falsas, quales libro priore fusius explicauimus, quando nonnulli, velut Stoici, nullum brutum aut concupiscere, aut irasci dicitarent, vel ex corde neruos esse ortos. Minime verò propriæ quænam sint, in libris de demonstratione plenissime est expositum. In quibus omnibus demonstrandi viam ac rationem, qualisnam sit, edocui, hortatusq; sum in horum commentariorū primo, vt in illa prius se exerceret, quisquis demonstrare aliquid nititur. Scripserunt autem de ea nimirum optime veteres philosophi Theophrastus, & Aristoteles in libris posteriorum resolutoriorū. Quare de tribus animalis principijs non longam habiturum me cum illis disputationem spero. Vulgares enim & rhetoricas sumptiones ad scientificas demonstrationes adducere verentur, quibus Chrysippi libri sciant, plebæos interim testes sumptionum quas constituunt, citantes, interim vero poëtas, aut bellissimam nominis rationem, aut id genus aliud, quæ cōcludūt quidem nihil, tempus autem nostrū consumunt, terūtq; frustra, dum hoc solum ipsis demonstramus conclusionis sumptiones, non esse scientificas: deinde dum in palæstram descendimus, concertamusq; cum ipsis, vt ostendamus plebæos & poëtas nō minus nobis q̄ ipsis, interdum etiam magis suffragari. Sic autem & nominis rationem, quum liberius per ocium licet, ostendimus illis nō magis sibi, quàm nobis testimonium reddere. Verum quòd non in his ratio testis sit violentus, sæpe quidem similiter attestans his, qui veritati contraria adferunt.

haud rarò autem mentientibus magis quàm verum fatentibus, alio in opere, quod de recta nominũ ratione inscribitur, declarauimus, in quo etiã ostendimus Chrysippũ fallam huius vocis(ego)rationẽ exposuisse. Quid igitur opus est adhuc de ipsis verba facere? siquidẽ Chrysippo & hoc familiare, nõ bis aut ter, sed & quater, interdũ etiã quinquies, de eisdẽ rebus in diuersis operibus tractare: quod cauebit utiq; qui tẽpori cupiat parcere. Quẽ igitur de hac voce(ego)Chrysippus primo de anima tradidit, de principatu eius disserẽs, cognitionis causa scribã. Sic autẽ, nos ipsos indicãtes, dũ mentẽ esse enũciamus, hãc vocẽ(ego)proferimus, in dicatione naturaliter, & propriè huc dilata, atq; sine huiusmodi manus indicatione deflectẽtes in nos ipsos hãc vocẽ(ego)pnũciamus. Similiter quũ vox(ego)huiusmodi sit, etiã in subscripta deinceps indicatione simul effertur. nã(ego)proferimus priore syllaba labrũ inferius ad nos ipsos demonstratiuè detrahẽtes. Ex cõsequo verò motionis menti, & deflexionis ad pectus, ac huiusmodi indicationis, subsequẽs syllaba annexa est, nullũ interuallum ostendens, quod in dictione grẽca *ἐκείνος*, hoc est ille, cõtingit. Hac tota oratione Chrysippus nullã sciẽtificã sũptionẽ, qua mõstret animẽ principũ in corde esse, adducit. duas enim ad id demonstrãdũ sumptiones rei propositãe improprias cõplectitur: alterã sanè à nominis ratione, q̃ hãc vocẽ(ego)sonãtes, in priore syllaba, nẽpe e, os & mentũ inferius veluti ad pectora deducimus: alterã, q̃ manũ etiã interdũ pectori admouemus, nos ipsos indicãtes, quũ dicimus, mihi hoc cõuenit, hoc ego tibi dico. Iã verò q̃ etiã nasum subinde homines attingũt, dicẽtes, mihi hoc da, mihi hoc conuenit, hoc ego tibi dico, omnino oblitus est: quãq̃ illum non lateret hãc vocẽ *ἐκείνος*, quod est ille, non à simili, sed omnino eadẽ syllaba, nẽpe e, cũ hac dictione(ego)incipere. Cõueniebat autẽ meo iudicio, quẽadmodũ in hac meminit quidẽ, non autẽ absurditatem diluit, ita & in indicatione ad pectus, delationis quidẽ digiti ad nasum mentionẽ facere, nõ tamen hic quoq; id quod propositũ erat dissoluere, nisi forte quis nudã simplicẽq; Chrysippi enũciationẽ esse demonstratiõnẽ existimet. Quid enim inquit? Ex cõsequo menti motionis, & deflexionis ad pectus, ac huiusmodi indicationis, subsequẽs syllaba annexa est, nullũ interuallũ ostendẽs, quod in dictione *ἐκείνος* cõtingit. Quũ enim cõsiderasset hãc vocẽ *ἐκείνος*, ab eadẽ syllaba, qua & ego, ordiri, ideo etiã hanc eũdẽ significatũ indicare oportere, ad syllabarũ quã inferũtur differentiã, quãstionis solutionẽ refert. est autẽ talis. Quũ retulisset dictionis (ego) secundã syllabã go, nullũ interuallum representare, addidit, in *ἐκείνος* ostendere *κα* syllabã interuallũ. Hac nuda est enunciatio, nullã demonstrationẽ obtinẽs, non solũ nõ firmã ac sciẽtificã, sed ne probabilẽ quidẽ, aut rhetoricã, aut philosophicã. Cur enim syllaba *κα*, interuallũ aliquod significabit, & syllaba go nõ itẽ, par erat vt ipse demonstrationem aliquam adijceret: cur autem ad pectus digitum inferentes, principium animã illic esse significamus, naso autem admouentes non indicamus. Aequum nanque est, & rationi cõsentaneum, si quidem indicatio sufficiens fides sit ad principem animã particulam inueniendam, non in pectore ipsam firmam, in naso autem infirmã esse, sed in hac similiter valere: vel si non in hac, neque in pectore valebit. Cur autem dum concedimus aliquid annuente capite, in quã partẽ ipsum flectimus, in illa principũ animi esse potius ostẽdimus, q̃ in ea quã mouetur: etenim quã primũ in nobis mouetur particula dũ annuimus, eã nimirũ probabilius est animã principũ obtinere, q̃ aliarũ vllã,

ad quā motu perfertur: vt interim illos homines non cōmemorē, qui capite reni-
unt quū assentiūtur. Forte enim dicet barbaros, vt in reliquis, sunt gręcis deterio-
res, ac minori ratione pręditi, sic in hoc quoq; hallucinari. Quęcūq; igitur epichi-
remata rei, de qua est quęstio, propria nō sunt, omnia in libris de demōstratione
5 exposuimus: quocirca de his pluribus agendū non est, quemadmodū neq; de his
quę à nominis ratione desumūtur, quoniā illa quoq; in cōmētarijs de nominū re-
ctitudine abūdē satis explicauimus. Verū quas sumptiones inquirere conue-
niat, problemati instituto & cōueniētes, & proprias, cōprehensum à me de his quoq;
fussimē nimirū est in libris de demōstratione, veterēsq; illas tutius cōpēdiosiusq;
10 tradiderūt, & nos easdē manifestō simul & copiosē enarramus. Sufficiet autem in
pręsentia summā quandā ex ipsis cōmemorātes, eo vti cōsilio, vt particularia in-
ueniamus. Erat autē summa, ab ipsā rei quā quęrimus, substātia sumptiones tum
cōuenientes tū proprias esse inueniēdas, quęadmodū in his, in quibus Chrysippus
de animę principatu cōsiderat: & substātię rei illius quā inquirimus, explicata ra-
15 tione, illa vtendū regula & scopo omniū particulariū. Est autē, vt ipsi putāt, animę
principatus, vnde sensus motusq; proficiscitur arbitrarius. Nō igitur aliunde de-
mōstrare oportet, cor in se principatū animę obtinere, quā inde, quòd omnē mo-
tū volūtariū reliquis animalis particulis dispenset, omnis autē sensus in ipsum re-
feratur. Vnde itaq; id ostēdetur: Ex quo aliō, q̄ ex cōfectionibus? Si enim hoc o-
20 mnibus particulis vim sentiendi simul & mouendi transmittit, necesse est omni-
no vas aliquod ex eo ad ministrāda illa omnino prodijisse. Quapropter ex demō-
strādi via ac ratione innotuit, & vtilius animātibus dissectis cōspici, quę & quot
corporū genera ex corde prodeūtia, alijs animātis particulis distribuātur, & ex his
ipsis quū talia & tot numero sint, aliud sensum aut motū, aut ambo deferre: aliud
25 vero aliud quippiā. Atq; ita iā scire licebit, quarū in animātibus facultatū cor fōs
existat: quicquid extra hęc viā exciderit, superfluū est & alienū. Atq; hac ratione
sciētifica demōstrationis sumptio à rhetorica, exercitatoria, & sophistica differt,
de quibus neq; ipsis vllā nos vel methodū vel exercitationē Zeno & Chrysippus
docuerūt. Vnde confusę in eorū libris omnes sumptiones, citraque ordinē spar-
30 sunt, ac frequēter sanē, verbi gratia, rhetoricū epichirema pręcedit, hoc autē exer-
citoriū & dialecticū sequitur, deinde sciētificū, postea si ita fors tulerit, sophisti-
cū. Quippe nō intelligūt sciētificas sumptiones ad eius quod quęritur substan-
tiā referri: ac hęc sibi scopū pręfigūt. Ex reliquis autē omnibus exterioribus, qui-
bus dialecticus ad exercitandū vtitur, & sophistas coarguēdos, & experimētū de
35 adolescētis ingenio capiēdū, ad disquisitionē rei cuiuspiā, & inuētionē, & ad dubi-
tationē excogitādā, omnia hęc, si placet, dialectica, exercitatoria & topicavocato,
de nominibus enī minime sum sollicitus, verū hęc à sciētificis distinguere cona-
tor. Cęterū q̄ lōgius his adhuc à rei substātia abscesserūt, & pręsertim q̄ per exēpla
pbabilia & politica, talēsq; inductiōes quasdā, aut testes ad rei pbationē adducū-
40 tur, hęc si probabilia & rhetorica appellare velis, nihil curo. Sed horum vt natu-
ra sit tibi cognita, studiose incumbes. Porrò sophistica amplius adhuc à rei quę-
sitę substantia recesserunt, de quibus omnibus veteres monumenta posteris re-
liquerunt: in sophisticis quidem elenchis, de sophisticis, siue propositionibus, siue
axiomatis, siue rationibus malis dicere. nihil enim ad præsens institutum inter-
45 est. In rhetoricis autem artibus, de rhetoricis: in topicis, de dialecticis: in libris de

demōstratione, quę & secūda analytica, id est resolutoria dicūtur, de scientificis. Quisquis igitur rē aliquā demonstrare nititur, primum id noscat oportet, nimirum ipsarum sumptionū differētiā: deinde lōgo tempore se exercent, ut ipsa altero quidē docente cognoscat, ex quo p̄dictorū genere existāt: altero verò non docēte, ut ipse ad singula problemata protinus inuenire possit. Summatim quęad 5
 modū ratiocinādo facimus, ita hic quoq; agēdū est. Forte aliquis calculator fieri cupit, is sanē primū numeros omnes ediscit, quos illi tetragonos, id est quadrāgulos, & heteromeces, id est altera pte maiores vocāt, deīde lōgo tēpore exercent multiplicare, & partiri. Postea vbi paucissimas methodos didicerit, ita iā de omni pro- 10
 blemate poterit ratiocinari. Ac mihi subit mirari multorū sapientię persuasione, si propositū sit, verbi gratia, quę cētesima vsura ex vicesies quinquies mille sexcentis triginta septē minis atticis nascatur quatuordecim mensibus, cōmittunt sup- 15
 putatoribus, planē intelligētes, ut arbitror, nullā sibi talia supputādi peritiā inesse, propterea q̄ nec exercuerint nec didicerint omnino, audent tamen demonstra-
 tione vti, probē gnari se nihil vnq̄ ab alijs didicisse, nec ipsos per se inuenisse, qui 20
 ne quęsierint quidē, nec si demonstrandi rationē didicissent, satis erat, sed prius in ea meo iudicio oportebat esse exercitatos. Neque enim rhetoribus abunde est methodū didicisse quomodo propositū, cōtrouersiāve omnē diuidere oporteat, verū methodo cognita etiā exercitationē addunt. Optarē itaq; eū qui demōstra- 25
 toriū se profitetur, ut primū mihi methodū exponat, qua ad demōstrationes vti-
 tur, deinde quomodo in ea exercitatus sit ostēdat. Nunc autē quomodo syllogi-
 smi qui tribus modis cōstāt, per duos resoluātur, & quomodo qui indifferēter cō-
 cludūt, aut qui id genus alij primo aut secūdo p̄terea themate vtātur, multis li-
 cet accurate exercitatis adsequi: quęadmodum deniq; & in alijs, qui per tertium 30
 quartūve thema syllogismos resoluāt, etsi horū plurimos aliter resoluere liceat
 cōpendiosius, ut Antipater memorię prodidit: p̄terea q̄ sit etiā curiositas non
 exigua rei inutilis, vniuersa eiusmodi syllogismorū cōplexio, ut ipse Chrysippus
 re attestatur, qui nusq̄ in suis ipsius cōmētarijs syllogismis illis ad dogmatis de-
 mōstrationē indiguerit. Quomodo autē cognoscere oporteat & distinguere sciē- 35
 tificas sumptiones à dialecticis, rhetoricis, & sophisticis, nihil mentione dignum
 Chrysippi lectatores cōscripserūt, neq; vti vidētur. At q̄ manū thoraci admoue-
 mus, nolipfos ostēdentes, vel capite deorsum annuimus, aut vocē (ego) sonamus
 ut ostēdatur cor esse animę principiū, non verētur scribere, quę nihilo magis in
 corde, q̄ in naso & frōte ipsam haberi indicāt. Etenī hęc quoq; subinde ab homi- 40
 nibus indicata, principatū animę esse declarant: verū nutus nihil magis in capite
 q̄ in thorace ostēdit. Itē hęc syllaba, e, q̄tū habeat absurditatis, in secūdo de nomi-
 nū rectitudine indicaui. Quapropter si quis probē exercitus fuerit in differentijs
 sumptionum inueniendis cognoscendisq; nō opus mihi erit longiore cū illo cō-
 trouersia, quemadmodū neq; cum Peripateticis. Nam ex propria ipsorum do-
 ctrina disputatio mihi cum illis futura est, an principis animę origo in cerebro 45
 contineatur: irascibilis in corde: appetitorię in iocinore. At cōtra Stoicos neces-
 se est me fusius agere, & prolixius, ut qui in rebus inutilibus logicā speculationem
 abunde exercuerint, in vtilibus autem sint inexercitatissimi, pariter & prauis epi-
 chirematū vijs enutriti, ut opus habeā, nō modo ipsos docere quid bonū sit ac vti-
 le, sed multo prius ut à prauo discedāt: quāq̄ id difficile forsitan fuerit, perficere 49

tamen speramus, si quis ipsorū in opere de demōstrationibus abūde versatus, rationē dare & accipere in facilibus elenchis sustineat. At quia hoc nō ferūt, de re autē proposita semper rogitāt, priusq̄ quomodo querendū sit, cōstituerint, quæ spes nobis adhuc relinquetur auocandi homines ab ijs quæ falso sibi persuaserūt?

5 Sed quia nō solū institutū est persuadere illis, sed alijs etiā omnibus, quicūque nōdum pravis disputādi cōsuetudinibus ennutriti, peruersitatē animi habēt immedicabilē, incipiā rursus ex superioribus ad propositā speculationē ostēdere, quomodo quis sciētificas sumptiones vera demōstratione cōstātes adducat, itē quomodo hæc ab alijs sumptionibus discernat. Præterea sumptionū quę apparentem

10 demōstrationē, non autē existentē constituūt, naturam in hac ipsa nobis proposita cōsideratione explicabo. Quæ verò harū ipsarū inter se differentia habeatur, pro virili mea clarissimè de omnibus tractabo. Quia igitur propositū est de corde cōsiderare, an animę principatus in eo cōsistat, qui omnibus animātis partibus sensum & motum voluntariū suggerit, sciendū venit q̄ quæcunq; ab his quę cor-

15 di insunt, capiūtur sumptiones, duplici variāt discrimine. Erūt enim ex ipsis aliæ in re quæ proponitur disquiriturq; scientificæ, reliquæ omnes ex secūdo alio genere, quod sciētificis propinquū est. Quæ verò ab hominū opinionibus seu plebæorū, seu poëtarū, seu philosophorū, seu ex ratione quadā nominis, seu nutu, seu adnutu, seu ex alio quodā huiusmodi sumptiones capiūtur, hæc tertij erunt generis, duplici quidē interuallo à sciētificis separata, non multum verò à sophisticis differētes, quæ in homonymijs quibusdā, & dictionis figuris potissimū cōstituuntur. Quare incipiendum ab ijs omnibus quæ cordi insunt, & explicanda hæc omnia, primū in summa, & generatim, deinde sic mēbratim speciatimq;. Porro insunt cordi, situs, magnitudo, plexus, cōformatio, dispositio, & motus. A situ igitur

25 primū incipiendū est, ostēdendo quæ propositiones ex eo cōstituūtur. Situs est thoracis ratio, quodāmodo mediū magis. etenim basis ipsius, totius thoracis media est: vertex autem, & infernæ partes tantum procedūt, quāta cordis extiterit magnitudo. Totius autē animātis ratione tanto superius medijs eius partibus habetur, quanto ab vmbilici regionibus distat. illæ siquidē adamussim medię sunt. imò etiā ad asperā arteriā, pharynga vocāt, per quā respiramus, ita quodammodo sitū est, vt per mediū pulmonem ipsi cōmittatur. Nā ex sinistro cordis ventriculo arteria quædā corpore venosa procedit: primū sane in tot particulas disscissa, quot fuerint pulmonis fibræ: postea iā in singulos ipsos singulę distribuuntur, in multas diuaricantes particulas, vsq; dū omnes exhauriantur. Quum

35 autem permulta sint earū extrema, veluti arboris rami, eodē perueniūt asperæ arterię fines, in totū viscus simili distributę modo, quo venosa arteria. Quinetiā ad pulmonē ita positū est cor, vt extrinsecus ab eo vndequaq; cōtegatur, Itaq; situs cordis in eū modū se habet: ac poterit aliquis ab eo argumēta petere, partim ratione totius corporis, quod mediū quodāmodo in eo cōsistit, iustę distributionis gratia facultatū quas ipsi trāsmittit: partim ratione asperę arterię, quoniā vocem per hęc edit. Iā vero vsum actionēq; respirationis ei cōiungēs, inde aliquas argumētationes poteris desumere. Pari modo q̄ mediū in thorace habeatur, forsā poteris de hoc etiā aliquid sumere, si ex omnibus argumēta petere libet. Verū horū nullū sciētificū est, neq; rei quæ pponit demōstrādę satis idoneū, quoniā nondū

45 per eacolligitur, cor sensus motusq; voluntarij esse principiū. Nō enim necessario

sequitur, quia medium in animante situm est, ideo omnium principium ipsum
 existere. Et si ne hoc ipsum quidem verum sit, mediū in animante cor haberi. Nā
 si quis exacte discutiatur, vmbilici regio media est. Pari modo neq; q̄ medium in
 thorace cor est, ideo animantis totius initiū erit. Neq; enim q̄ cerebrū magni re-
 gis instar, in capite tanq̄ arce constitutū est, ob id necessario animæ principiū in
 eo habetur, neque quod veluti satellites quosdā sensus habeat circūhabitātes. Ne-
 que si & hoc dicat aliquis, quod celū in toto mūdo, id in hominibus esse caput: &
 propterea quēadmodū illud deorū domus est, ita cerebrū rationis esse domiciliū.
 quippe hæc omnia etsi multo probabiliora sint ijs quæ in corde diximus, nō sunt
 tamen ipsa quoque ad exactā scientiā comprobandā efficacia, quēadmodū neq; 10
 q̄ cor vocis opifex sit. Nam si demonstratiōne aliquā docere nos possunt, libenter
 audiemus. quod autem à situ solū proficiscitur, prauū vitiosumque est. nā sic pu-
 to & pulmonē & asperam arteriā vocis initiū dicemus, quod hæc vocalibus instru-
 mentis q̄ cor sint propiora. Siquidē ipsum vocis instrumentū & primum & pecu-
 liare est summa pars gutturis, quā græci larynga dicūt. Si igit̄ ipso inferius asperā 15
 arteriam incideris, nō amplius animal vociferare audies, etsi respirare ipsum sine
 impedimento etiānum videas. Ac si homo fuerit quod ita vulneratū est, licebit
 tibi iubere ipsi, vt vocē aliquā ædat. promouebit etenim nihil, audiēsque plenius
 expirationē stridulā, quam græci ἐκφύσησις, id est sibilū appellāt. nā absque molimi-
 ne vocis, spiritus in expiratione foras effertur, non tamen cū strepitu aliquo, & cō 20
 fertim. At thoracis musculos vnā cū ijs qui in abdomine sunt, quū animal vocē
 ædere molitur, vehemēter extēdi cōspicies. hos sane & prius q̄ aspera arteria vul-
 nerata sit, quæ pharynx dicitur, tendi manifestō est videre quū violētius vocife-
 ramur. At ob cōuulneratam arteriam laborant frustra quæ ad vocis generationē
 faciunt. quippe solum sibilū ædunt: qui à simplici expiratione hoc differt, quod 25
 cū strepitu simul & celeritate spiritus euacuatur. Duplici igitur modo hic quoq;
 peccāt, qui vocē ex corde emitti cēlent: quoniā primū à situ argumentū petunt,
 deinde verò ne ab hoc quidem vt cōuenit. Tendūt enim omnes & thoracis &
 abdominis muscoli, quū animal vocē ædere voluerit, ad tentionem motūque ali-
 quem acti, corde nullā nouā insuper actionem in hoc acquirente. Non tamen iā 30
 spiritus qui ab imo sursum effertur, priusq̄ à gutturis parte summa larynge con-
 cinnetur, vocis habet speciē: sed vt dictū est antea, solius sibili, vt in cōmētario de
 voce ostēdimus. Ictā enim à supremi asperæ arteriæ finis cartilaginibus veluti ple-
 ctris quibusdā efflatio hæc, vox efficitur. Cæterū cōposita est summa gutturis re-
 gio larynx dicta ex tribus cartilaginibus, quas cōplures muscoli mouēt. Qui autē 35
 modus sit cartilaginum cōstitutionis, aut musculorū motus, exacte sane in pro-
 prijs de his operibus à me expositū est. Ii verò qui à situ solo argumēta desumūt,
 nihil huiusmodi cognorūt: deinde mirātur subito vbi audiuerint ex cerebro vo-
 cē fieri: præterea magis postq̄ audierint motus omnes arbitrarios à musculis per-
 fici. Quin & nos admirātur, vocātq; paradoxorū enarratores, etsi q̄ verbis p̄mit- 40
 timus, ea in animalium cōsectionibus ostēdamus: illi vero nihil aliud possunt dicere
 q̄ quia cor asperæ arteriæ vicinū est, ideo vocē ex illo oriri. Etenī malūt, vt opinor,
 cōpēdiosam leuēq; in disputatiōibus viā, q̄ asperā & prolixā: quis hæc ad id quod
 querit deducat, leuis autē & cōpēdiōsa à vero aberrat. Nec est q̄ me vnq̄ sustinuerit
 ostēdentē musculos omnes à quibus respiratio & vox efficiatur, licet nō in his 45

solis summa vis demonstrationis cōsistat, sed tertia totius disputationis portio.
 Siquidē musculi instrumēta quēdā mouēt, vnde respiratio aliqua & vox submi-
 nistratur. Cæterū vt ipsi moueātur, neruos à cerebro oriuntē requirunt, ex qui-
 bus si aliquem fune interceperis, dissecuerisve, statim immobilē musculū illū red-
 5 des, in quē neruus inseritur: immobile etiā animātis membrū, quod prius à mu-
 sculo mouebatur, quā n̄ neruus esset incisus. Quicunq; igitur ex animo veri stu-
 diosus est, ad nos accedat, intellecturus manifestò in ipsis animantibus, modo sen-
 su nō hebeti sit & stupido, ab alijs sanè instrumētis, musculis, & neruis, inspiratio-
 nem liberā fieri, ab alijs vero violentā. Nomino autē liberā, qualis sanis adest nul-
 10 lo forti motu agitatis: violētā vero, quę in affectibus nōnullis, & vehemētibus ex-
 ercitijs perficitur, in qua statim videbis omnes scapularū particulas simul attolli.
 Itē in proportionalibus ipsis expirationibus, ab alijs quidē instrumētis, musculis
 & neruis liberā & exiguā, ab alijs autē violētā magnāque fieri, quā appellare *εμφύ-
 σισις*, hoc est efflationē & sibilū assolemus. Ad hęc omnia deinceps ostēdemus tibi
 15 propriū vocis instrumētū asperam arteriā, seu guttur, & musculos eius motores,
 itē musculorū illorū neruos ex cerebro descendentes, deinde linguā aliud instru-
 mentū, non vocis, sed loquē, & locutionis, aut quomodocūque appellare libeat:
 musculōsque tibi indicabimus & neruos ex cerebro oriuntē. Quinetiā in pluriū
 animantiū cōseccionibus, aliā alibi cōmemoratarū actionū perire in vnoquoq;
 20 neruorū qui à cerebro veniunt, dissectorū, ostēdemus. Forsan autē aliquis audire
 cupiet vniuscuiusque actionis prædictę propriū instrumentū, & mouētes id mu-
 sculos, quēnā sint, & quot numero, quē situm habeant, quā magnitudinē, quos
 neruos recipiāt, & quot, & quā magnos, & qua in parte potissimū ex cerebro propa-
 gētur. Itē quis mouendi modus instrumētis quę ab ipsis mouētur, insit. Ego au-
 25 tē & prius dixi quòd frequenter de eis dē scribere nō probē. At si verè quis sit stu-
 diosus, alia habet opera, in quibus de his omnibus cōmentati sumus. Primū qui-
 dē librū de thoracis & pulmonis motu, vbi docemus quomodo pulmo à thora-
 ce moueatur, ac in eleuatione quā gręci vocant *διαστολή*, distentus, externū aërem
 attrahat, atque hoc esse inspirationē: in submissione verò quę dicitur *συστολή*, con-
 30 tractus, aërē in eo cōprehēsum, in asperam arteriā & os extūdat, ac per hęc foras
 emittat, eāque esse expirationē. Deinde aliud habet opus de respirationis causis:
 vbi etiā musculos omnes indicaui, itē instrumēta quę ab ipsis mouentur, & ner-
 uos, qui musculis facultatem animalē ex cerebro suppeditāt. Postea rursus aliud
 præter iā dicta de voce habet volumē, in quo de musculis guttur mouētibus, in-
 35 super de neruis ex cerebro in hos pertinētibus tractatur. Impræsentiarū etiā hoc
 dicere solū abūde est, quod si vox spiritu quodāmodo in pulmone firmato, ab eo qui
 in corde est, fieret, deinde hoc sibi eū qui in aspera arteria est, cōfirmāte, nō abo-
 leretur statim, neruis quibusdā vel in collo, vel in capite dissectis. Pręterea adhuc
 minus periret aut cerebro cōtuso, aut vsq; ad vētriculū vulnerato, aut spinali me-
 40 dulla dissecta. etenim quod aspera arteria, quā etiā pharynga appellamus, vel pulmo-
 ne, vel corde ipso obleso vox aboletur, nihil mirū arbitror. siquidē ex corde profe-
 cta est. At quod cerebro cōtuso, aut aliquo ipsius neruorū qui in gutturis musculos
 ferūtur, absurdū, & planè rationis expers: quū nullus ipsorū ad vocis generationē
 requiratur. verū secus habet id quod apparet, quod illi opinātur. etenim corde nudato,
 45 vt superiori libro dictū est, & cōtinens, & cōtundens, deprimēsq; ipsum, neque

sine spiratione, neq; sine voce, neq; in alia quadã voluntaria actione impediri ani-
 mal spectabis: cerebro autẽ ossibus detecto, aut quocũq; ipsius sinu impresso, nõ
 mutũ duntaxat, neq; spirationis expers protinus, sed etiã omnino sensũ, omni-
 bũsq; arbitrarijs motibus animal destitues. Porro dictũ à me est antea quoq; ne-
 q; thoracis, neq; aliam concauitatẽ esse perforandã ijs qui cor denudant. Si enim 5
 hoc assequatur aliquis, non modo si premere, aut cõtundere, aut aliud quippiã ta-
 le volet efficere, rectẽ se geret; sed etiam vbi vniuersim ac semel totũ eximere li-
 beat, non improspere succedet ei manus administratio. Accidit hoc sanẽ etiam
 in multis sacrificijs quæ sic de more celebrantur: & apparent animantia, corde iã
 aris imposito, non respirare tantũ, aut clamare fortiter, sed etiã fugere, vsq; dũ san- 10
 guinis profluuiio cõmorianantur. Celerrimẽ autẽ nimirũ ex ipsis sanguis euacuatur,
 quatuor maximis vasis diuulsis: sed quousq; adhuc viuũt, & respirant, & clamãt,
 & currunt. Porro tauros quibus spinalis medullæ origo iuxta primã vertebram
 quotidie disseccatur, subito videmus nõ solum non currere adhuc posse, sed ne mi-
 nimum quidem procedere. Perit autẽ simul ipsis cũ sectione, & respiratio & vox. 15
 etenim & his ex superioribus est initium. Verum cor in sic percussis tauris videre
 est diutissimẽ vnã cum omnibus arterijs pulsare. non enim his etiã à cerebro pul-
 sandi vis aduenit, quẽadmodum neq; ipsi cordi. Vt enim motus alterius generis
 sunt, sic etiam principiorum alterum nõ indiget altero, sed est ita & cor pulsuum
 motus fons, & cerebrum motus voluntarij. Neq; est vlla ratio quẽ vnũ omnium 20
 animãtis actionũ esse principiũ coget. Neq; enim tãq̃ multa non possint esse, ne-
 q; tãq̃ non sic appareãt, indicabit. Verũ de hoc etiam iterũ copiosius disputabo.
 Nunc autẽ ad id quod dicebã, rursus reuertor, nepe neq; respiratorij motus, neq;
 vocem edendi, cor esse principiũ opifex. Propter illud enim plurimũ, non tamen
 ab illo respirationẽ fieri contigit: atqui haud idẽ est ab aliquo fieri, & propter ali- 25
 quid. Porro de vsu respirationis librũ vnũ seorsim cõscripsimus. Qui vero putãt
 vocẽ aut respirationẽ à corde fieri, situs vicinitate falsi sunt, haud vidẽtes quòd nõ
 planẽ si qua particula vicina est, hęc necessario actionis sit principium. neq; enim
 qui cerebrũ opinantur principiũ esse sensus oculorũ, auriũ, & nariũ, quòd ipsis pro-
 pinquũ sit, rectẽ argutantur: sed hos situs quoq; fefellit: imo verò nõ situs, sed sen- 30
 sus opinio. Omnino enim hoc axioma ad demonstratiões vtũtur, Omnibus o-
 perãtib; ex propinquis est initiũ. quo vt vero posito, deinde ex euidẽti assum-
 pto, q̃ cerebrũ aures cõtingant, cõcludetur iam initium quoq; actionis illinc ipsis
 proficisci. sed nec sensu, nec intelligentia id euidẽs est, vt primũ ac per se credibile
 modo dictum axioma habeatur, nepe omnibus operantibus ex propinquis esse 35
 principium. Neq; enim q̃ proxima sint cordi vocalia & respiratoria instrumẽta,
 idẽ ex corde habẽt originẽ. Atqui admirandã illã Zenonis sententiã, quã pri-
 mum omniũ in libro de principatu animẽ Diogenes Babylonius scripsit, nõ alia
 ratione Stoici suspiciunt, q̃ hoc modo dictũ axioma. Scies autẽ manifestius eã, si
 40 adscripserimus. Habet in hunc modũ, Vox per asperã arteriã procedit. Si autem
 45 à cerebro procederet, non vtiq; per asperã arteriã veniret. vnde sermo & vox il-
 50 linc procedit. Sermo autem à mente procedit, quare in cerebro mens non est.
 Eandem hanc rationem Diogenes, non eisdem verbis, sed hisce interrogat, Vnde
 55 emittitur vox: illinc & articulata venit. Igitur & vox articulata significans, illinc
 60 proficiscitur: hæc autem sermo est: igitur sermo illinc emittitur vnde & vox. 45

» Porrò vox nõ ex locis capitis emittitur, sed plane ex infernis potius. Cõstat igi-
 » tur per arteriam prodire. Sermo itaq; non ex capite emittitur, sed infernis parti-
 » bus magis. Atqui & illud verum est, sermonem ex mente proficisci. Ipsi enim
 » sermonem definiētes, vocem esse aiunt significantem ex mente emissam. Ac
 » aliter probabile est, ab animi conceptionibus, sermonem significantem ea quæ
 » in mente sunt, & veluti efformatum emitti, ac temporis spacio extendi & in in-
 » telligendo, & in dicendi functione. Itaq; mens non est in capite, sed in inferiori-
 » bus partibus, maximè circa cor. Talis est Diogenis sermo, contra quẽ Zenonis,
 » in prolixitatem verborum extensus. quapropter illi sanè necessaria axiomata de-
 » sunt, huic vero supersunt. Verum antequam eos redarguam, Chrysippi sententi-
 » tiam adijcere cogito, quæ ad hunc modum habet. Rationi consentaneum est, id
 » in quo significationes fiunt, & ex quo sermo procedit, præcipuam animæ par-
 » tem existere, quandoquidem non alia est sermonis origo, alia mentis: neque alia
 » quidem vocis, alia vero sermonis: neq; simpliciter omnium alia est vocis origo,
 » alia animæ pars præcipua. His autem concorditer mentem definiētes, aiunt
 » eam originem esse sermonis. In vniuersum enim vnde sermo emittitur, illuc &
 » oportet ratiocinationẽ fieri, & intelligentias & meditationes dictionũ, quem in
 » modum dixi. Hæc autem euidenter circa cor fiunt, quũ & vox & sermo per aspe-
 » ram arteriam, quam pharynga etiam dicunt, emittantur. Probabile vero etiã est
 » alioqui id in quo significantur ea quæ dicuntur, illinc etiam significari, & voces
 » ab illo ad prædictum modũ fieri. Satis iam verborum Stoicorum de voce est.
 » Nam si quæ ab alijs dicuntur, omnia ordine ascripsero, in immensam magnitudi-
 » dinem liber excreset. non enim verba fecissem de his quæ Chrysippus & Diogenes
 » scripserunt, sed abunde mihi fuisset solam Zenonis sententiã inuestigare,
 » nisi aduersus quendam Stoicum aliquando mihi controuersia fuisset de hoc ver-
 » bõ græco *χωρεῖ*. id sonat latine procedit, quod Zeno in sua oratione ponit, ad hũc
 » modum scribens, Vox per asperã arteriam *χωρεῖ*. quod verbum pro *ἐξέρχεται*, hoc
 » est egreditur, aut *ἐκπέμπεται*, quod est emittitur, illũ velle accipere existimauerim:
 » neq; aliud quàm hæc significat, nec tertiũ ab ijs afferri potest. Coactus sum igi-
 » tur ipse aliorum Stoicorum libros recognoscere, qui hanc dictionem transferũt
 » ad verbum *διέρχεται* vel *ἐκπέμπεται*, quemadmodum demonstraui Chrysippum
 » & Diogenem, post quos non duxi necessarium aliorum verba ascribere: sed ad
 » ipsorum interpretationem iam reuertamur, principium à Zenone facientes, qui
 » author est huiusmodi de voce sententiæ, atque totius Stoicorum sectæ. Prima igi-
 » tur sumptio vocis *χωρεῖ*, ad manifestius trãlatæ, est huiusmodi, Vox per asperam
 » arteriam emittitur. Post hanc succedit alia, nempe hæc, Si autem sit à cerebro
 » emissa, non per asperam arteriam emittitur. Hanc dico sumptionem non solum
 » non ex primo genere sumptionum ad demonstrationes conuenientium ema-
 » nasse, imò ne ex secundo quidem & tertio: sed in quarto sophisticarum sumptio-
 » num genere continetur. siquidem figura quædam dictionis sublatet, astute & ca-
 » ptiose ad ambiguitatem fabricata, vnde reprehensionem euadere se sperabat.
 » Hæc enim, Si à cerebro procederet, nõ per asperam arteriam procederet, perpe-
 » ram ac malè habet præpositionem, quæ græce est *ἀπό*, orationi iniectam. Duæ
 » enim sunt in eiusmodi omnibus sermonibus manifestæ præpositiones, nempe abs.
 » & ex: dictæ apud græcos *ὀπό* & *ἐξ*: quarum neutram assumpsit, etsi posset dicere,

si ex cerebro procederet, non per asperam arteriam procederet: vel si non ex ce-
 rebro, certe per præpositionē græcā ὑπὸ quæ idem valet apud latinos quod abs,
 dicere ipsum græce oportebat. Etenim vox per asperam arteriam emissa,
 ex aliquo, & ὑπὸ τινος id est abs aliquo emittitur: ex aliquo, ut vase cōtinente: abs
 aliquo, ut virtute, quæ id quod continet mouet. quemadmodum deniq; & vri- 5
 na egreditur quidem per penem, emittitur autem ex vase, nēpe vesica subiecta.
 abs facultate autem, quæ vesicam in se comprimit, ut vrina exprimatur. Cæterū
 præpositio ὑπὸ, siue pro ex, siue pro ὑπὸ græca, quæ abs significat, sit accepta, in-
 certū est. Si igitur loco ex capiatur, vera est oratio. Erit enim rursus huiusmodi.
 Si à cerebro vox esset emissa, non per asperam arteriam emitteretur. Quòd si in 10
 vicem præpositionis græcæ ὑπὸ capiatur, falsa. Rursus enim erit talis, Si ὑπὸ (quā
 latine reddo abs) cerebro emitteretur, non per asperā arteriā exiret. Quòd autē
 oratio huiusmodi vera nō sit, nihil opus habeo ut ego probem, sed illos ipsos de
 hoc sentētiā ferre censeo. Vrina per penem emittitur: quòd si abs corde emit-
 teretur, non per pudendum exiret. Quin & nostro arbitrio emittitur, non igitur 15
 in corde est arbitrium. Sic autem & de recrementis alui interrogare licet. et
 enim hæc per sedem à nostra voluntate primo mouente emittuntur. quæ mea
 opinione etiam ex lōgissimè ab ea sitis quemlibet pedis digitū protinus mouet,
 nihil ex interuallo ad celeritatē impedimēti accipiens. Siue enim in cerebro, siue
 in corde posueris volūtātē, aut mentē, aut quomodocūq; volueris appellare, (ni- 20
 hil enim ad præsens institutum interest) nullum tempus reperietur interea trāf-
 ire, dum volueris digitum mouere, & inter ipsius actionem: quemadmodum
 mea sententia etiam in sensu habet. Nō enim in hoc expectare oportet aliquod
 tempus punctiōnis, aut vulnerationis, ut sentiat animal, sed simul & secans secat,
 & animal sentit. Atq; hoc volunt Zeno & Chrysippus vnà cum vniuerso suo cœ- 25
 tu, nempe motum qui ex foris accidente in particula factus est, in animæ prin-
 cipium distribui, quo animal sentiat. Ut igitur nullum sensibile tempus est inter-
 ea dum particula vulneratur, & animal sentit: ita neque interim dum homo digi-
 tum cūruare vult, aut pedem, & interim dum actionem obit, tempus intercedit.
 Ita nec inter voluntatem conceptam vrinæ emittendæ, & ipsam excretionem: 30
 verūm simul atq; animæ principatus voluerit, etiam sensus organa operantur.
 Quomodo igitur sermonem illum ò viri sapientissimi soluemus, quòd si vrina
 abs corde emitteretur, non per penem excerneretur? Quamcūque enim solutio-
 nem dixeritis, licebit nimirum & nos ea uti. In illis sanè disceptationibus cogere
 oportet sermonem vos soluere. Hic autem non ita licet facere, sed solutionem 35
 ipsos dicere conuenit, quæ nihil habeat occultatum, aut prolixum, aut difficile,
 sed quæ prōpte appareat. Nihil enim (dicemus) impedit, ex vesica vrinā per pe-
 nem excerni, si princeps animæ pars motus initium immiserit, ut vas quod con-
 tinet, comprimatur. Reliquum, siue cerebrum, siue cor animæ sit principatus, ni-
 hil opinor ad propositæ orationis dissolutionem referre. Siue enim cerebrum sit 40
 mouendi principium, ipsum suggeret instrumentis, & vrinam aluiq; recrementa
 excernentibus, & crura & pedem & digitum mouentibus: siue cor, eodem mo-
 do. Ita, arbitror, & voce per asperam arteriam emissa, nihil prohibet cerebrū mo-
 tus asperæ arteriæ esse causam. quare par adhuc manet quæstio ab initio instituta,
 nihil ex eo quod apparet ad alterutrum dogma inclinare. Sicut enim in vesicæ 45

& sedis motu incertum erat cerebrum ne an cor principatum obtineret, eodem modo in voce & respiratione similiter adhuc obscurum est utrum viscus principatum habeat. Sed ut à me dictum est iam antea, situs vicinitas utriusque imponens, sumptionum tanquam scientificarum, & ad demonstrationem convenientium imaginem exhibet, non tamen ita rei veritas se habet. Etenim qui omnium originem cor esse statuit, non verebitur oculorum vicinitatem, tanquam non & hos dicat ab illo ceu fonte quodam sensum motumque haurire. Qui cerebrum ponit, non aliam quampiam particulam respiratoriorum & vocalium instrumentorum motus principium esse dicit, sed illud, quemadmodum alijs omnibus, ita & his motum arbitrarium suppeditare. Quæ igitur in methodis de demonstratione universaliter docuimus, hæc particulatim in omni rerum materia vera deprehenduntur. quippe non ab omnibus quæ rei propositæ insunt, veritatem capere oportet, sed ab eo solo quod problemati coniunctum est. Zeno autem, Chrysippus, & Diogenes, alijque Stoici, & si decies millies sermone confidant, non possent defensionem suorum errorum inuenire. Nam secunda sumptio quæ per se sumitur, si quidem exacte simul & manifeste ac distincte dicta esset, ex secundo sumptionum genere vna omnino esse deprehenderetur. Quoniam vero iuxta dictionis figuram, captiose structam ambiguitatem ex quarto genere extraxit, huius particeps est. Si itaque vafriciam subdolum ipsius cognoscens Zeno sponte usus fuisset, sophista potius aliquis quam philosophus haberetur: si ignorans & inuitus, logicæ speculationis imperitus, inexercitatusque. Verum nos neque sponte unquam eiusmodi sermonibus usi sumus (etenim vafricia subdola & improba, viri est hostis veritatis) neque imprudentes præ incipientia, simul & exercitationis inopia in ipsos incidimus. Porro similem secundæ sumptioni, etiam quarta obtinet absurditatem, in qua dicit, Sermo a mente procedit. Siquidem hic sermo, vox significans, abs mente emittitur, quemadmodum etiam alia omnia quæ secundum voluntatem fiunt, non tamen ex mente, sed ex summo guttore quod larynx dicitur. Prius autem nondum vox id quod effertur existit, sed, ut diximus, materia quædam vocis propria, quam efflationem seu sibilum nuncupamus. Emittere autem ex asperis pulmonis arterijs, quarum nulla cor attingit. Itaque Zeno, siue imprudenter, siue de industria, obscura dictione usus est, in quartam sumptionum speciem incidit, Diogenes autem plerumque in secundam: semel autem & ipse in quartam. Quum enim dicit, Vnde vox emittitur: & quando ait, Vox non ex capitis locis emittitur, sed palam ex inferioribus potius: ex secundo genere epichirematum sumptionibus utitur. Quando autem inquit sermonem à mente emitti, quum oporteret dicere abs mente, quod græce erat *ὑπὸ φρονέσεως*, quarto genere argumentationum utitur. Huius errorum redargutio eadem est, qua Zenonis sermonem reprehendimus. Sic autem & Chrysippus, quum dicat etiã, ex quo sermo emittitur, illam esse principem animæ partem: quem sermonem reciproce & ex aduerso accipiemus, dicemusque, abs quo sermo emittitur, illud principatum existere, non tamen ex quo. Adeundem modum quum inquit, in totum vnde sermo emittitur, illuc oportet & ratiocinationem fieri: non vnde dicemus, sed abs qua parte sermo emittitur, secundum illam quoque ratiocinandi vim, & in illa fieri. Constat enim quod loco, illic, Chrysippus illuc dixit, veluti in græco pro *ἐκῆ, ἐκῆσε*, quod æquipollet ei quod est in illa corporis parte. Non enim putandum est voluisse eum indicare in illam parti-

culá, quū dixit ἐκεῖσε, quanuis præcipue aduerbium ἐκεῖσε ad locū significat: ἐκεῖ autē quod est illic, in loco. Etenim putandum est potius Chrysippum in voce solæcisimū cōmittere, quā tã manifesto intellectu incōprehensibilia dicere. Quippe multos in vnaquaque dictione solet cōmittere, incōprehensibilia verò dicere, nequaquam. Aliquando enim falsa dicit, quemadmodum & in hoc sermone, sed nō sensus expertia. Differt enim plurimū falsum ab eo quod nequit intelligi. Quoniam igitur ἐκεῖσε pro ἐκεῖ, id est illuc, pro in illo, dictū esse à Chrysippo probabilis est, oratio in græcorum proprietatē trāssumpta talis fuerit, Vnde sermo emittitur, ἐκεῖ oportet & ratiocinationem fieri. hoc est, in illa particula. sed mendacium id manifestò esse dicemus. Nō enim si quid iuxta voluntatem ex aliquo emittitur, in illa particula mentem esse ostendit: sicut neq; vrina, neque sputum, neque mucor, neque alui sedimentum. Apparet autem hoc fefellisse Zenonem primum & præcipue, & post eum iam alios Stoicos, maxime verò & Chrysippū, quantum ad cōmemoratam prius orationem pertinet. Nam in alia quadam nō multo pōst subsequētem coactus est verum fateri. Coactum esse dixi, quòd aliū sermonem euertere cupiens, ceu non verū, deinde contradictionis speciem sentiens, nihilominus subuertentem, & contra seipsum non veritus est suum simul cum sententia contrā opinantium sermonem euertere. Oportebat autem aut non hæc, aut non illa scribere, & præsertim tam sibi inuicē propinqua. Si etenim verus hic sermo est, non verus ille: quòd si ille sanus, hic corruptus erit. Quare nos scientificis methodis exercitati, cognoscere possumus & discernere verum à falso. At inexercitatis non parua erit quæstio vtrū ipsorū eligere debeant. Adscribam vero & verbā ipsa quibus ostendit Chrysippus sermonem suprā cōprehensum non esse demonstratorium. hoc pacto sonant: Porro habet, vt dixi, plura in his omnibus dubia, num tandem si etiam hoc detur, quemadmodum dicitant à capite esse initium ad partes commemoratas, inquiremus. Ferè enim quæcunque dixerint aliqui de eo quod vox ex pectore fertur per asperam arteriam à capite certo quodam principio facta, talia licet dicere in corde quidem principatu animæ existente, motuum verò initio à capite veniente. Quod sanè Chrysippus hac oratione vult dicere, tale est. Si etiam concesserit aliquis principium esse neruorum caput, nō omnino principatum in eo esse concesserit. Quæ enim illi possunt dicere de eo quod vox ex pectore per asperam arteriam effertur, capite initium actionis transmittente particulis: talia licet de neruis nobis dicere tanq̄ à capite procedētib; à corde autē actionē habentibus. Quapropter quòd vox ex pectore & aspera arteria emittitur, capite initium motus particulis indidem exhibente, Chrysippus ipse confessus est. Non igitur sermone tanquam demonstratorio vtendum est, quemadmodum plurimi Stoicorum crediderunt. Siquidem argumentatur, vt dixi, à situs vicinitate. vnde etiam Zenonis sermoni deesse sumptiones ad absolutam quæstionem existimandum est. Id autem euidentius ostendi poterit sumptionibus ad manifestius translatis, vt oratio sit huiusmodi, Vox per asperam arteriam emittitur, quòd si ex cerebro emitteretur, non per asperam arteriam exiret. Vnde autem sermo, illinc etiam vox emittitur: sermo autem ex mente emittitur. quare mens non est in cerebro. Prima itaq; sumptio ex euidentibus sensui est: ideo neq; demonstratione ipsa indiget. etenim omnia sensui manifesta ex seipsis fidem faciunt. Secunda verò neq; sensui, neque

intellectu, euidentium numero ascribitur, imò ne ex primis quidem axiomati-
 bus existunt. Verum hoc pacto sermonem instituere conueniebat, si quidem ex
 primis & demonstratorijs incepturus erat: Vox per asperam arteriam emittitur.
 Omne autem quod per aliquod emittitur, ex particulis ipsi continuis emittitur.
 5 cerebrum autem arteriæ asperæ non est continuum, ergo ex cerebro non emit-
 titur. Post hunc sermonem rursus illam proponere oportebat conclusionē, sum-
 ptionis efficacem, ad hunc modum: Vnde vox emittitur, illinc & significatiua
 vox, hoc est oratio, ex mente autem oratio emittitur, non autem ex cerebro: igitur
 mens non est in cerebro. Ita sanè conueniebat Zenonem orationes instituis-
 10 se, si nulla sumptio neq; prætermittenda erat, neque superfluò assumenda. Iam
 vero licet adhuc compendiosius ad hunc modū disceptare, vtraque oratione in
 idem collecta. Sermo per asperam arteriam emittitur. Omne autem quod per
 aliquod emittitur, ex particulis ipsi continuis emittitur: quare & sermo ex parti-
 culis asperæ arteriæ continuis emittitur. at cerebrum asperæ arteriæ non est cō-
 15 tinuum: non igitur ex cerebro sermo emittitur, sed ex mente. non ergo in cere-
 bro mens est. Licet nimirum & principem animæ partem dicere, loco nominis
 mentis. Pari modo dominantem, imperantem, præfidentem, & ratiocinantem,
 intelligētem, quemadmodum græce κυριεύου, ήγεμόνικου, ήγεμονου, ήγουμένου, τὸ διαποζου,
 τὸ ἀρχου, τὸ λογιζόμενου, τὸ νοού, τὸ φρονού. Nihil enim differre putandum quocunq;
 20 modo velis appellare si rem subiectam eādē seruet. Quod si ita omnes sermo-
 nem instituisent, etiam id quod maxime necessarium in superioribus est, haud
 omisissent, in quo significatur omne quod per aliquod emittitur, ex particulis
 ipsi continuis emitti. temere autem nō necessaria adiecerunt. facile enim erat de-
 prehendere argumenta à situ procedentia, nec rem propositam demonstrantia.
 25 Nam si præpositio ἐξ, quæ in sumptione sermonem è mente emitti ostēdit, infes-
 ratur, falsam ipsam esse dicemus: non enim ἐξ, id est ex mēte, sed ὑπὸ (quod inter-
 pretor abs, latinæ linguæ inopia coactus) mente ipsam emitti. At si ὑπὸ præposi-
 tionem idem significare quod ἀπὸ, id est à, existimemus, vt sit talis sumptio, Ser-
 mo ὑπὸ τῆς διανοίας, hoc est abs mente emittitur, sumptionem veram esse pronū-
 30 ciabimus, cæterum orationem nihil concludere, tanquā non omnibus sumptio-
 nibus similiter enunciatis, sed alijs præpositionem ἐξ, alijs ὑπὸ habentibus. Quod
 si omnia similiter pronūcientur secundū præpositionem ἐξ, in priore sumptione
 falsitas iudicabitur. si iuxta præpositionem ὑπὸ, hæc quidē vera erit, generalis au-
 tem ab ipsis relicta. Pari modo particularis, ambæq; falsæ erūt. Etenim vniuersa-
 35 lis eiusmodi euadet. Omne quod per aliquid emittitur, abs particulis ei cōtinuis
 emittitur. particularis autē, sermo abs particulis quæ in aspera arteria cohæret,
 emittitur. non enim abs continuis, sed ex continuis verè dicetur. Ostensum itaq;
 q; iam manifestò est, principalissimam sumptionem ab ipsis esse prætermis-
 sam, vel quia cauiliandi studio hoc sponte vōluerūt, vel quia inexercitati inuiti omi-
 40 serunt. Vnde etiam fallunt auditorem, qui exacte nequeat distinguere vtra sum-
 ptionum vera existat, siue ea quæ iuxta præpositionem ἐξ enunciatur, siue quæ se-
 cundum ὑπὸ. neutiquam enim ipsam ad verbum dicunt, verum ad totius sermo-
 nis constitutionem tanquam dixissent, vtūtur. Hæc enim sumptio, Si à cerebro
 emitteretur, non per asperam arteriam exiret: iuxta prætermis-
 45 tutem vera esse videtur. Itaque Zenonis sermo erroribus scatet, iuxta secundam

sumptionem modo à me comprehensam. Primum enim, quoniam præpositio-
 nem ἀπὸ assumpsit, quum conueniret vel ἐξ, vel ὑπὸ. Deinde quia principalissimas
 prætermisit & generales sumptiones, omne quod per aliquod mittitur, ex conti-
 nuis ipsi particulis emittitur. Item particularem, quòd vox & sermo ex particu-
 lis asperæ arteriæ continuis emittitur. His enim sic distinctis, si quidem iuxta præ-
 positionem ἐξ, vniuersæ enunciètur sumptiones, falsa erit hæc, sermonem ex mē-
 te emitti. Si iuxta ὑπὸ, tum vniuersalis quæ nunc dicitur, quicquid per ali-
 quod emittitur, abs continuis emitti: tum particularis, sermonem abs parti-
 culis in aspera arteria sitis emitti. At si mixta pronuncientur, in quibusdam
 sane sumptionibus præpositione ἐξ admissim assumpta, in alterutris verò
 præpositione ὑπὸ: quemadmodum in ea, sermonem ὑπὸ τῆς διανοίας, hoc est abs
 mente emitti, nullam sumptionem criminabimur, totum verò sermonem in-
 distinctum esse, nihilq; concludere dicemus. Non enim adhuc principales con-
 clusionis propositiones coaptabuntur. Est nanq; ipsarum altera talis, sermo abs
 mente emittitur: altera autem, sermo ex cerebro non emittitur. At vtranq; sum-
 ptionem, vel iuxta præpositionem ὑπὸ, vel iuxta præpositionem ἐξ pronunciata
 esse oportebat, vt aliqua ipsis communis conclusio inferatur. Forte plura de ora-
 tionis vitio dicere tentassem, nisi Chrysippus suam absurditatem nouisset, & mo-
 dum deprehensionis ipse scriptitasset, in sententia paulo ante à me adducta, fate-
 ri se inquiens ex partibus pectoris sermonem emitti, sed capite principium mo-
 tus suppeditante, quemadmodum & omnes neruos originem ex capite haben-
 tes, principiū facultatis à corde sumere. Hæc itaq; recte à Chrysippo dicta sunt:
 quocirca ipse magis accusandus venit, quòd quum verum nouisset, non est tamē
 eo vsus. Ea vero quæ à situ argumenta petita sunt, atq; ex his magis quæ poëtæ
 testantur, aut vulgus, aut quædam nominis ratio, aut aliud quiddam huiusmodi,
 non recte. Præstiterat enim insistendo sumptionibus, quæ iuxta methodum de-
 monstratoriam adsumuntur, inuestigare ea, & sensu expendere. Verum ipse tan-
 quam non ex scientia, sed fortuitu verum dixisset, ab inquisitione ipsius discessit,
 & poëtæ in testes citauit. Quod igitur Chrysippus vidit quidem, sed oratione
 non exposuit, id apponere mihi visum est. Quandoquidem enim fieri potest, vt
 licet quàm maxime omnium neruorum origo cerebrum videatur, cor ipsi vim
 sensoriam voluntariamq; suppeditet: pari modo etiam si ex thoracis particulis
 sermo emittitur, principium motus ipsius à cerebro deferri: disquirendum de-
 inceps est, an neutrum alteri virtutem aliquam tribuat, an alterum alteri. Fiet au-
 tem ad hunc modum inuestigatio, quæ cor cerebro connectunt, in consectio-
 nibus contemplari oportet, quot sint numero, & qualia. Postea in collo singula
 vel secare, vel contundere, vel funiculo intercipere: deinde contueri qui affectus
 animal inuadant. Connectunt autem cor cerebro tria vasorum genera, quæ sanè
 etiam totius corporis sunt communia, venæ, arteriæ, & nerui. Venæ quidem iu-
 gulares, græce σφαιρίδες dictæ, arteriæ carotides, nerui his arterijs adnati. Sanè iu-
 gulares venas, aut carotidas arterias nō simpliciter diuidere oportet, quemadmo-
 dum neruos, moreretur enim protinus animal larga sanguinis profusione debi-
 litatum, sed præstat funiculis validis intercipiendo, primum in superiore & infe-
 riore ceruicis regione medium vinculorum dissecare, vt nulla sequatur sanguinis
 profusio: neruos autem siue contundere, siue funiculis quibusdam comprehen-

dere, vel tuis ip sius digitis, siue secare: ob hos omnes affectus vnum & idem acci-
dens animanti superueniet. Quippe statim obmutescet, reliquarum verò actio-
num nulla, neq; in præsentì tempore læsa, neq; in posterum apparebit. Arterijs
autem fune interceptis, vel vt dixi dissectis, mutū sanè aut soporosum, vt pleriq;
5 post Hippocratem dissectorum perperā scripserunt, non erit animal, sed omnes
quæ supra vulneratas habentur in totum pulsū amittent. At venas neq; funi-
bus intercipientes, neq; vt dictum est secans, aliquam manifestò actionem aboleri
videbis. Ex his apparentibus promptum est colligere, neq; cor ad pulsū motū
10 operetur. Quod etenim cor nihil ad proprium motum cerebro opus habet, in-
de clarum est, quòd venis, arterijs, neruisque prædictis fune comprehensis, simili-
ter ipsum adhuc pulset, & totius animantis arteriæ. Nam solæ supra funes sitæ o-
mnino pulsū amittunt, dum continua ipsarum pars, quæ ad cor vsq; proten-
dit, alijs similiter pulset. Quòd autem non ex cerebri facultatibus cor primā ha-
15 bet originem, licet condiscere inde, quòd omnibus commemoratis neruis, siue
sectis, siue laqueo comprehensis, animal solum obmutescit, inspirat tamen & ex-
spirat sine impedimento, iuxta vtranque superius dictarum inspirationum & ex-
pirationum differentiam. ita verò & quatuor artubus etiamnum operatur, sicuti
20 est, vox animalis aboletur neruis iuxta arterias dissectis. Porrò qui tum medici, tū
philosophi ob enumeratas arterias siue consectas, siue, vt dixi, interceptas animal
soporari putauerunt, deinde hinc collegerunt cor sensum motūq; cerebro sup-
peditare, hos nimirum falsos esse in eius quod apparet experientia putandū est:
quod autem ex hypothesi sequitur, diligenter vidisse. Si enim verè soporosum
25 animal euaderet, quod ipsis nomen significat sensus motūque expers, necessario
sequeretur cor primam & sensus & motus originem cerebro immittere, quam
ipsum toti corpori per neruos suggerit. Quapropter secundum quoddam prin-
cipium ipsum erit, non exquisite primum, magni regis legato dignitate re-
spondens. Demonstratum enim est antea, quòd cor arteriarum, cerebrum ner-
30 uorum sit principium. cōcluderetur, si verum esset quod dicitur, cor per arterias
vim animalem cerebro suppeditare. non tamen verum est, sed eumentiti sunt cō-
tra id quod in confectionibus apparet. Soporosum enim neque ob neruos præ-
cisos animal efficitur, neque ob arterias, verum neruis oblectis mutū quidem eua-
dit, arterijs autem non ita, multòque minus venis: sed plerique medici philoso-
35 phique simul cum arterijs neruos funibus comprehēdentes, deinde mutum pro-
tinus animal fieri conspicientes, arteriarum affectionem esse crediderunt, quam
soporem nominarunt: non recte meo iudicio, nisi vocis amissionem soporem
appellent. sic enim nomine solum hallucinantur in hoc: at in re ipsa aberrant si
ob arterias animal mutū euadere existiment. Ego sanè iam videor mihi quòd
40 Chrysippus iussit, fecisse, inquirendo, à cordē ne facultas aliqua cerebro, an à ce-
rebro cordi suggeratur. Chrysippus porrò ipse parui fecisse videtur huius rei in-
quisitionem: ac ideo q̄ quū videret viam qua id quod quæritur, adipisci conue-
niat, eaq; non vsus sit, hominem reprehēdo. item quòd in vno libro contraria di-
cere sustinuerit, nō longo inuicem interuallo, qui prius sanè ceu demonstratoriū
45 Zenonis sermonem scriberet, processu autem commentarij solutionem ipsius

ostenderet. Iam inuenio Chrysippū maxime & alia quædam in hoc ipso de ani-
 mæ principatu sibi ipsi repugnantia adduxisse. Quippe inter initia præfatus, alias
 sanè animæ partes in quibus sunt animantis particulis fatetur: de principatu au-
 tem solo disquirat, eo quòd neque sensus euidentis, vel vnus quidem, neque mani-
 festa quædam coniectura de eo haberi potest. Paulo post tanquam de apparente
 parte disserit. Habent autem verba ipsius in hūc modum. Sic videtur nos subter-
 fugere locus, quum neq; sensus euidentis sit, quod in reliquis cōtingit, neque con-
 iecturæ, per quas id quis posset colligere. Neque enim in tantum controuersia
 processissent medici & philosophi. His præmissis, cōsequenter Chrysippus ait,
 Vniuersi homines affectus mentis sentiunt in thorace, & in corde. Sonat autem
 oratio hæc ad eum modum, Communiter autem mihi videntur plurimi in hæc
 ferri opinionem, tanquam sentiētes mentis affectus in thorace, & præsertim vbi
 cor situm est, idque potissimum in timore, ira, & maxime iracūdia. In hac oratio-
 ne saltem (tanquam) adiecit, non ausus palam dicere homines sentire mentis af-
 fectus in thorace. tanquam enim, inquit, sentientes. Paulo post dictione (tanq̄)
 ablata, hoc pacto scribit. Turbatio enim mentis quæ in singulis his fit, in thorace
 percipitur. Postea iterum. Quum enim hic ira fiat, rationabile est & alias animæ
 cupiditates inibi esse. Rursus in subsequētib; cōmentarij locis, Atque irascē-
 tium affectus in thorace fieri videntur, & amantium. ac in reliquis non cessat de
 affectibus disputare, tanquam in thorace & maxime circa cor appareant. Qua-
 re demiror hominem non excepisse quod per initia scripsit, inquiens, neque sen-
 sum neq; coniecturam fieri, vbi præcipua est animæ pars. Non enim discrepant
 medici & philosophi inter se. Vel si contentus est hoc sermone, quomodo nõ re-
 ueritus est iterum in subsequētib; sensu dogma iudicare: ac dicere videtur. Ego
 sanè mihi videor quemadmodum paulo ante feci, veriore delecto sermone, quē
 Chrysippus sibi repugnans scripsit, etiam nunc idem facturus. Nullus enim sen-
 sus nobis obuenit, qui principem animæ partem in corde aut thorace contine-
 ri declaret: eòq; laudo prima Chrysippi dicta, quibus verum fatetur: non probo
 autem in quibus contra sensum mentitur. Haud enim in vno hic mihi videtur
 esse fallus, sed duobus magnis. Primo sanè vbi ait totum corpus manifeste immu-
 tari per animæ affectus, nunc palleſcendo, frigescendo, & tremendo, vt in metu
 fieri cōspicitur: nunc vero rubescendo, caleſcendo, & vehementer intendendo,
 quemadmodū in iracundia. De nulla autem alia parte meminit, nisi solius thora-
 cis. Postea vero etsi concedatur cor magis q̄ alias animantis particulas extra na-
 turæ habitum egredi in timore, tristitia, angustia, iracundia, alijsq; omnibus affe-
 ctibus, non ratiocinatricē animæ vim, sed irascibilē, aut appetitoriā illic esse indi-
 cabit: quare altera pars magis quàm ab ipso asserta, oratione concluditur. Nam si
 intelligendo, discendo, docendove nullus insignis motus in corde apparet, in o-
 mnibus autem affectibus euidenter innotescit, clarū opinor euadit ratiocinatri-
 cem animæ facultatem non esse in corde: irrationalem verò, & affectibus obno-
 xiam, patheticè dicitur, in ipso comprehendī. At si vbi patheticam, ibi etiam ra-
 tiocinatricem esse pronunciat, id quod ab initio querebatur, prompte assumetur.
 At multo erat satius, demonstrationem aliquam nos docere, quomodo id quod
 quæritur, ex procinctu capiamus. Sed neque in priore libro de anima, neque in
 opere de affectibus, vllam demonstrationē protulit, cur oporteat omnino, vbi ir-

rationalis animæ vis existit, ibi esse etiã ratiocinatricem. sed prompte & ex pro-
 cinctu omnino sumit, etsi Plato nonnullas sanè demonstrationes quarto de re
 publica prodiderit: nonnullas verò rursus dicere distulerit, de quibus in Timæo
 ait, ostenditque: quas etiã ego subsequentijs cõmentarijs vniuersas literis man-
 5 dabo. In præsentia verò nondũ mihi institutum est id ostendere, sed quòd ratio-
 cinatrix animæ vis, quam & præsidẽ, mentem, & principẽ Chrysippus ipse nomi-
 nauit, in cerebro habetur. Quo demonstrato, nũqua alia facultas in corde conti-
 neri videatur, nõ aliunde profecta, iam duo principia manifestè habebimus. De-
 inde verò & tertium inueniemus: sed hoc quidem in futurã disputationem diffe-
 10 retur. Nũc rursus ad illum sermonem redeamus, vnde huc sumus digressi. Quòd
 igitur Chrysippus sibi ipsi passim refragetur, nõ percipit: quẽadmodũ in sermo-
 ne de voce ostendimus: item quòd pronũciat interim nullũ sensum nobis obue-
 nire loci principem animã continentis, nonnunquam verò dicere ipsum vide-
 tur. Neq; hoc proposuimus ostendere, quum accessoriũ sit. Verum ab initio erat
 15 hoc in libro propositum, quatuor sumptionũ differentias ostendere. Vocabã au-
 tem primum ipsorũ genus scientificum, demonstratoriũ: secundum verò, exer-
 citatoriũ, & vt Aristoteles nominauit, dialecticum: tertium, probabile & rhetoricũ:
 quartum, sophisticum: demonstrauique nonnullas ab ijs quæ cordi insunt ac-
 ciduntq; constitutas in sola ipsa re de qua est quæstio, ex genere scientificarũ esse
 20 sumptionum, alias verò omnes dialecticas. quæ ab externis testibus petuntur,
 rhetoricas. quæ æquiocationibus quibusdã, aut dictionis figuris cõstruuntur, so-
 phisticas. Quapropter scientificæ in singulis rebus omnino pauca, & faciles nu-
 meratu sunt: exercitatorix permultæ. Ex singulis enim quæ insunt acciduntq; rei,
 cõstruuntur. Orationẽ igitur quæ de voce pronũciata est, ex situ proficisci indica-
 25 uimus: ita etiã quæ ab inspiratione & expiratione sumitur. Pari modo habere de-
 prehendes & eã quæ à morũ dolorũ petitur. Palam siquidẽ morus est in ventri-
 culi orificio. alij ad cor ipsum referũt. Qui igitur quia cor prope os vetriculi sitũ
 est, ideo affectũ ab illo oriri putant, à situ argumentantur. Qui autẽ ipsum verè
 cor morderi censent, omnino errant: siquidem infra thoracẽ morus est sub pe-
 30 ctoris cartilagine, cor autem in medio sitũ est thorace, & nullus vnquã cor ipsum
 morderi sensit, neq; in tristitia, neque in alio animæ aut corporis affectu. Neque
 tamen nomen græcũ cardialgia, id est cordis dolor, cor in thorace contentũ do-
 lere significat, sed est quædã æquiuocatio, quæ neminẽ latet, qui antiquorũ libros
 euoluerit. Quemadmodũ enim viscus quod in thorace est, sic & vetricis os antiqui
 35 cor appellat: idq; nominis frequenti apud ipsos in vsu est. sed ego duobus tribus-
 ve exemplis, vt significatũ ex dictione manifestò indicetur, efficiã. Nicander sanè
 38 hoc pacto inquit. Appellat stomachi cor excipiẽs alimentũ. Thucydides hoc pa-
 39 cto. Quũ in cor defixisset, peruertissetq; ipsum, etiã purgationes bilis omnes, vt
 40 sunt à medicis appellatæ, successerũt. Hippocrates autẽ. Mulier corde dolebat, ac
 41 nihil adhibuit præterquã in mali granati succum polentã inspergẽs: ac semel ci-
 42 bum sumere cõtenta erat, attraxitq; cuiusmodi cerionis sunt. Omnes hi palã
 indicat os vetriculi appellari cor, vt huius quidem cordis affectus aliquis sit qui
 græce dicitur cardialgia. illius autem visceris, de quo proposita est disputatione, si
 principẽ animæ particulã in se cõtinet, eiusmodi affectus nũq; oboriet. Neq; enim
 45 huius vetriculi oris omnẽ dolorẽ cardialgiã appellat, sed solũ quũ ab acribus hu-

moribus iritatur & mordetur, quod in tristitia cōtingit: ideo etiā ea affecti, bilem
 euomunt: nōnullis verò infra descendit, ac venter his summe biliōsa deijcit. Verū
 id non solum tristitia affectis euenit, sed etiam eis qui impendio diutius à cibo
 abstinerunt. non paucis os ventriculi mordetur, magisq; si post exercitationē ci-
 bum non assumpserint. nam tristitia affectis, exercitatiq; valentius in ventriculū
 flaua bilis confluit. Ab hac itaq; morfi, cardialgia laborant. Neq; est necessariū in
 hac disputatione causam inspicere, cur id accidat. Solum enim mihi propositum
 est ostendere hunc affectum cardialgiam non esse ex corde viscere, quemadmo-
 dum neq; morsum in tristitia, sed oris ventriculi accidens. Argumentū verò à si-
 tus vicinitate petitum est, quemadmodum & cordis palpitatio in metu ab acci- 10
 denti sumitur: quorum neutrum scientificum est. sin autem concedatur tale esse,
 nō Stoicis & Peripateticis, sed Hippocrati & Platoni attestatur: quemadmodum
 etiam quæ irascentibus accidere tum in thorace toto, tum in corde Chrysippus
 cōmemorat. Quatenus enim dum docet, discitq;, & in totum mouetur anima
 iuxta scientiam aliquā nihil demonstrant cordi accidere, in affectionibus autem 15
 ostendunt, hic nō solum non subuertunt antiquum sermonem, sed etiam confir-
 mant. Huiusmodi sanè epichiremata ex secundo genere sumptionum existunt:
 quemadmodum opinor etiam quòd cor omnium animantis particularum pri-
 mum conformetur. Non enim si hoc concessum fuerit, initium facultate osten-
 det esse cor, de quo nunc disputamus, sed secūdum generationem. Dictum à me 20
 est, definitūmq; manifestò libro priore de principiorum differentia. Porrò quòd
 primum omnium animantis particularum, postremum autem cesset, ad sum-
 ptiones demonstratorias pertinet. Ostenditur enim id motus esse initium, non
 tamen omnis, sed solius qui in pulsibus est, qui genere à voluntario variat: illum
 autem neque primum incipere cor, neque postremum desinere aliquis demon- 25
 strare poterit. Ex hac igitur sumptione concludetur, non quod Aristoteli &
 Chrysippo, sed quod Platoni & Hippocrati videtur, nempe principium motus
 voluntarij esse cerebrum, alterius autem cuiusdam non voluntarij, cor. Erant ita-
 que & hæc ad propositorum demonstrationem abunde: verum quia hoc in libro
 statui omnes sumptiones pertractare, quæ ex his quæ cordi insunt, capiūtur, vbi 30
 ceteras addidero, librū finiam. Accedit ipsis & Aristotelis sumptio, de qua cir-
 ca primi finem transegi ex ijs quæ cordi insunt. Copia enim aliqua neruorum,
 inquit, in ipso conspicitur. Ac à nobis indicatum est, neruosa quædam esse cor-
 pora in corde, neruos autem non esse. Item quòd neruosæ corporis partes specie
 solum neruis respondent, non actione & vsu. Licet autem discernere in instru- 35
 mentis alterietatē & identitatem (liceat sic appellare commodiorū latini sermo-
 nis dictionū penuria) actionibus ipsorū & vsu: quare nihil amplius de eisdem tra-
 ctare opus est. Digrediemur autem ad aliquā ex reliquis, qua de omnes ferè me-
 minerunt, quibus cor omniū facultatum principiū esse in animalibus, creditū est.
 Dicunt enim vnde principiū nutritionis in animalibus, illic ratiocinatricem ani- 40
 mæ esse facultatē. In corde autē esse nutritionis animalium originem, quare & vim
 ratiocinantem intelligentēmq; in ipso existere. Verum in vtriusq; sumptionibus
 mentiuntur. neque enim in corde principiū nutriendi, animantibus esse cōcedi-
 mus, sed vnū aliquod: & hoc est ex his quæ in præsentī opere ad speculationem
 erant proposita. Non oportet autē quod quæritur, ceu confessum accipere, neq; 45

vnum esse principium vtriusque facultatis, cuius nos contrariū demonstramus. Demiror igitur hic viros illos, si ambo quæ inquiruntur, prōpte accipiūt, ne vnā quidē demonstrationē proponentes. Simile verò quid efficiūt, quū animæ principem particulā illic esse pronūciant, vnde nutrimentū principū: deinde assumūt, in corde alimenti esse principū. neq; enim hoc verū est, quoniā alimenti tū humidi tū sicci principū est os, stomachus, & vētriculus, authore Hippocrate: neq; si omnino admitteret, cōsequēs esset, in qua parte principū nutritionis est, in eadē haberi ratiocinatricē. siquidē hoc vnū ex his q̄ disquirūt, existit: alterū verò quæsitōrū mēdaciū est. Etenim primū alimēti principū est os, stomachus, & vētriculus: alterū venę ex iecore in ventrē pertinētes, in quibus primis sanguis gignitur: tertiū iecur ipsū: quartū post iecur vena caua, in qua prima purus à recremētis sanguis relinquitur. Ab hac iā vena, quēadmodū aliæ animātis particulæ omnes, eodē modo cor alimētū recipit. Nō tamē quū dicūt, vnde spiritus suggeritur, in didē esse animæ principatū, deinde ad id assumūt, ex corde spiritū suppeditari, ipsis cōcedendū est. Etenim hic quoq; rursus si animalē spiritū ex corde oriri dicūt, quæsitū ipsū sumunt: si vitalem, non necessariò sequetur idē vtriusq; esse principū. Erasistratus igitur nō simpliciter, quēadmodū hi, id quod quæritur, assumēs, sed longo verborum contextu, ex capite animalē, ex corde vitalē spiritū proficisci affirmat. Quòd si horū spiritūū neutrū in sermone attingi dicunt, sed dictū materialē, qui sicco humidōq; alimēto proportione respōdet, audient hoc quoq; ab Hippocrate Principiū alimenti & spiritus os est, nasus, aspera arteria, pulmo, aliusq; perspiratus. Igitur nulla harū rationū valida est, nec quā affert Diogenes, Quod primū alimētū spiritūq; suggerit, in hoc principatus animæ existit. Quod autem primum alimentū & spiritum haurit, cor est. Nā quomodo intelligat, primum discutiemus. Si enim vt instrumentum primum, nequaquā cor alimentum spiritūq; haurit primū, sed nutrimentum quidē os, stomachus, vēter: spiritū verò os, nares, guttur, pulmo. At si quod vnde principū motus inest particulis hauriētib; vera quidē prior sumptio: secundā autē reprobabimus, assumere ipsam dicentes prōpte id quod ab initio quærebatur. Siquidē nos motus initiū à capite trāsmitti fatemur, quū edere, aut bibere, aut respirare volumus. At Diogenes hoc assumpto citra demōstrationē, ambiguitatē propriā peperit ad hūc modū, & suis rationibus est vñs. quod natura mouet hominē volūtarijs motibus, animalis quēdā euaporatio est. omnis autē euaporatio ex nutrimento attollitur. Proinde quod primū mouet motibus volūtarijs, & quod nutrit, necesse est vnū & idem esse, quū hæc Diogenes scribat. Itaq; de eo q̄ animæ substātia sit euaporatio, siue ex alimēto, siue ex spiritu, nihil ad præsens ambigendū dicimus, ne omnino hominē afficiamus tristitia. De eo autē quòd idē sit mouēs nos primū iuxta arbitriū & nutriens, refragabimur: quippe his q̄ statuit, omnino cōtrariū cōcludi dicemus, ex sanguine cōstitētes fieri. euaporationē Diogenes etiā ipse suorū dogmatū oblitus sanguinē esse ait animā, vt Empedocles & Critias existimarūt. Si autē Cleātē, Chrysippū & Zenonē sequatur, qui animā ex sanguine nutriri dixerūt, substātiā autē ipsius esse spiritū, quomodo adhuc idē erit id quod nutrit, & id quod mouet, si quidē sanguis nutrit, spiritus autē mouet? Quapropter præter alia absurda etiā indefinita est & nequit concludi Diogenis oratio. nā quod infert propositis sumptionibus, nō necessario sequitur, de quo subsequētibus cōmētarijs agetur. Siqui-

hic esse
quid de
sideratur
in præco
exemplari

dem impræsentiarū tempestiuū mihi videtur huic libro finem imponere. Quum enim essem pollicitus, de ijs quæ manifestò videntur cordi inesse, hoc commentario verba facere, quid amplius opus habeam huiusmodi epichiremata attingere, quorū initium dogmatis potius quàm eo quod apparet, ex consecutione constituatur?

F I N I S.

5

CLAVDII GALENI PER-

GAMENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS
PLACITIS LIBER TERTIVS,

IOANNE GVINTERIO ANDERNACO INTERPRETE.



Vòd sanè necessarium existat, non solum philosophis, sed 10
medicis etiam, qui non inconsiderate ac perfunctorie ar-
tem attingunt, speculari de facultatibus corpus nostrum
regentibus, quot genere sint, & quales secūdum speciem
singulæ, quàmque potissimum animantis particulam oc-
cupent, primo libro est demòstratum. Quòd autem Pla- 15
to & Hippocrates ij sunt qui optime de ipsis pronuncia-
runt, non paucis quidem priore etiam libro exposui: ab-
solutissime verò secundo libro sermone sum executus, differentias omniū sum-
ptionum (lemmata vocant) exponens, quibus clarissimi philosophi in proposito
dogmate vsi sunt. At operæpretiū mihi videtur, etiam nū impræsentiarum men- 20
tione de ipsis facta, reliquā disputationem ita finire. Referebā quatuor in vniuer-
sum sumptionum esse differentias. Nonnullas enim ipsarum ab ijs quæ particulæ
insunt, iuxta problematis substātiā desumi: aliquas vero abs ijs sanè quæ insunt,
non tamen secundum id quod propositū est, ac de quo quæstio habetur: alias à
testibus externis. Præterea etiā quartam differentiam à sophisticis sumptionibus 25
procedere, vocabuli figuris ad ambiguitatem dolose constructā. Porro non pau-
ca exempla descripsi vnde vnū quodque sumptionum genus adinuenitur: eadem
verba eorū qui ipsis vtuntur, adiiciens. Ac iam rationes ipsorū euertens, longe sa-
tius censui in hoc tertio libro & numerū & substantias facultatū docere. Pari mo-
do subit mihi facultates recordanti enumerare numerū & discrimina accidentiū: 30
atq; clarissimorum sophistarū aliquis professus Chrysippi scripta de eo quod cor so-
lū in animantis corpore animi principis sit origo, non posse euerti: hoc tertio cō-
mētario ea quæ desunt, oratione persequi coëgit. Forsan igitur hæc ipsa mihi lau-
dis occasio fuerit, quando quidē qui in memoria habent ea quæ secūdo libro sunt
cōprehensa, norunt validas nos & generosas Chrysippi rationes confutasse, & re- 35
lictis infirmioribus errores eius indicasse. Dico sanè Chrysippū primo suo de ani-
ma libro, principis ipsius partis mentionē facere, illinc exordientē, vbi principiū
animæ in solo cōtineri corde ostendere conatur, hisce nimirū verbis. Anima spi-
ritus est nobis insitus, continuusq; totū corpus permeans, quādiu vitæ officina in
illo adfuerit. Inter huius itaq; partes singulis destinatas particulis ea quæ in aspe- 40
rā arteriā pertingit, vox est: quæ in oculos, visus: quæ in aures, auditus: quæ in na-
res, olfactus: quæ in linguā, gustus: quæ in totā carnē, tactus: & quæ in testes, aliam

„ quādā eiusmodi rationē seminariā obtinet. At locus ī quē hęc omnia cōueniūt,
 „ cor est, vbi animæ principatus cōsistit. Quæ quū ita se habeāt, de reliquis sanè in-
 „ ter ipsos cōuenit: de animæ verò principatu dissentiunt: dū alij in alijs esse locis i-
 „ psūm asserūt. nōnulli siquidē in thorace ipsūm esse tuētur, nōnulli in capite. in ijs
 5 „ autē ipsis rursus discordāt, dū nō cōstat inter ipsos, quanā in capitis parte & tho-
 „ racis habeatur. Plato autē triplicē esse animam professus, ratiocinatricē in capite,
 „ irascibilem in thorace, appetitricē in vmbilico esse dicebat. ita nos locus subter-
 „ fugere videtur, quum nec sensui euidenter appareat, quod in reliquis accidit: ne-
 „ q; coniecturis deprehendatur quibus id aliquis possit colligere. neq; enim eouſq;
 10 „ & inter medicos, & inter philosophos cōtrouersia processisset. Hęc prima verba
 à Chrysippo prodita sunt de principatu animæ, in primo de eadē libro. nam di-
 midia libri ipsius pars prior. de animæ substantia speculationē continet: reliqua
 portio quæ à commemoratis verbis incipit, animæ principatū contineri in corde
 demonstrare conatur. Principiū itaq; orationis admirari iustum est: quippe tum
 15 „ manifestò, tum exacte, vt cōueniebat virum dicere tanti dogmatis principem,
 à Chrysippo dictū est. Etenim quod Plato tres animæ partes statuerit, & quenam
 hæ sint, quibūſq; locis in animātibus collocarentur, exposuit: item quod ratione
 de placito quod sensus effugit, cōsiderare oporteat. Quæ subsequuntur, nō ita si-
 mili modo habent. æquū nanq; erat (meo iudicio) primū exponere quibus rati-
 20 „ onibus Plato persuasus ita cenſuerit, deinde redarguere eas, & euertere: postea suā
 ipsius opinionem statuere, nō ex probabilibus epichirematis, quibus vti mos est
 sophistis & rhetoribus: verū ex scientificis, & demonstratorijs, quæ tractare philo-
 sophis veri studiosis conuenit. Nunquid igitur Chrysippus ita factitauit, an o-
 mnino cōtra? Certe oblitus est se quicquam omnino prius de Platonis opinione
 25 „ dixisse. Incipit autem ab eo sumptionum genere argumētari, quod ex testium
 aut vulgi opinione, non secundum rei naturam credere dignum est. Apponam
 „ autem verba ipsa, quæ in hunc ferè modum habent: De subsequētib; pari mo-
 „ do disquiremus, à cōmuni sensu, quē græci κοινὴν φόρον dicunt, & sermonibus secū-
 „ dum hunc prolatis exordientes. Cōmunem sensum, seu κοινὴν φόρον Chrysippus
 30 „ hic intelligit, id quod communiter omnibus hominibus videtur. deinde inferens
 „ inquit: Ex his quoq; abunde vidētur ab initio persuasi, adductiq; principem sci-
 „ licet animæ partē in corde esse sitā. Deinde rursus has ipsas propositiones attin-
 „ gens, ita ad verbum scribit: Communiter reliqui huc ferri videntur, ceu in thora-
 „ ce mentis affectiones oboriri consentientes, præsertim quo in loco cor est collo-
 35 „ catū: quemadmodū in tristitia, metu, ira, & præsertim iracundia, dū ex corde va-
 „ poris modo erūpit, forasq; aliquò propellitur, & faciem manūſq; inflat, nobis sit
 „ conspicuum. In his Chrysippū non possum non demirari, qui omnia simul con-
 „ fundat, perturbētq;. Quū enim paulo ante dixisset Platonē putare vim irascibile
 in thoracis regionibus consistere: deinde ea quibus incitatus huc peruenit, dicere
 40 „ supersedit. cūmq; omisisset eadē reprehendere, suam statim opinionē aperire in-
 cipit, primā omnium aggressionū in memoriam reuocans, quibus animā irasci-
 bilē in thorace haberi ostendit. Neq; enim ex alijs rebus euidentibus, q̄ ex ijs quæ
 Chrysippus protulit, nūc euidentius demonstraueris ex thorace & corde vim ani-
 mosam proficisci. nā, veluti, inquit, si iracūdia ex corde euaporet, & foras aliquò
 45 „ propellatur, faciēmq; & manus inflat, nobis apparet. Hac oratione Chrysippus

plato triplicem animam
ponebat.

animæ principatus in corde
sūm chrysippū phm.

epichirema

communis sensus

iracundia ex corde
evaporat.

concedere videtur veterum sententiæ, qui feruorem innati caloris aliquem in corde per iracundiam oboriri dicunt: quo feruore accidit, vt & facies infletur, totum corpus rubescat, caleſcatque, & vehementer cor vnà cum omnibus animantis arterijs ſubſiliat. An itaque Plato diuerſum quiddam his dicat, quum in

» Timæo ſcribit, Cor, venarum & ſanguinis per omnia membra vehementer diſ- 5
 » currentis fontem in regione ſtipata collocarunt, vt quando iracundiæ vis exar-
 » deſcit, ratione nunciante ſi quid extrinſecus iniuſte fiat, vel intus aliqua concupi-
 » ſcentia turbet: ſubito per angiportus quosdã quicquid in corpore ſenſus eſt com-
 » poſ, iuſſa minaſq; ſentiat, pareatq; imperanti. Præterea ſecundũ hæc ita ſcribit:
 » At quia cor, malorũ expectatione & iracũdia excitata ſubſultat, prænoſcunt totã 10
 » eiufmodi regionem irarcentis igneam fore, eóq; præſidium ipſi molientes, pul-
 » monis tegmen cordi adhibuerunt. Quapropter chariſſime Chryſippe Platonis
 dogmata ſcribis, quum ex corde iracũdiæ vim incendi, & foras propelli, faciem-
 que inflari dicas. Quanq̃ de hoc non ambigebas, num animoſa animæ viſ cor-
 di ineſſet, ſed an rationalis: quo demõſtrato, non multum de animoſa laborare te 15
 oportebat, neq; librũ verſibus poëticiſ replere, quos in eũ modũ deinceps recitas:
 Dulcior hæc multo quàm mel quod deſluit, inſtar
 Fumi, imo emerget actutum pectore. Ruruſus,
 Aſt animuſ mentem ipſi exiit. Iterum,
 Verum animuſ ſaliens intuſ dat præſagia. 20

Aliãq; id genus infinita toto libro tractat, dum animoſam vim in corde eſſe tue-
 tur, quum non opuſ ſit hoc oſtendere, ſed an rationalis in eo habeatur: aut per
 Iouem ſi hoc non poterat manifeſtò oſtendere, ſaltem conari debebat pro virili
 in aliqua libri particula & animoſam & rationalem animæ vim indidem eſſe,
 demonſtrare. Atqui hoc ille ne aggreſſuſ quidem eſt in vllò libri loco facere, 25
 ſed per totum eo vtitur, ex procinctu aſſumens. Statim enim in ſubſequenti-
 » buſ ita ſcribit, Quum hic ira naſcatur, ratio eſt etiã reliquas cupiditates indidem
 » exiſtere: adeóq; reliquos affectuſ, & ratiocinationeſ, ad hæc quicquid eſt hiſ per-
 ſimile. Neq; enim neceſſariũ eſt, vbi affectuſ habentur, illic etiã ratiocinationeſ
 eſſe. quare ſi quiſ hoc prompte & citra examen aſſumendum putauerit, id quo 30
 de eſt quæſtio, ſumetur. quum enim Plato affirmet, non ex eadem proficiſci par-
 te ratiocinationem, iracundiã & cupiditatem, Zeno autẽ in corde omnia collo-
 cet, officium meo iudicio erat Chryſippi, & cuiuſlibet qui poſt Platonẽ & Zeno-
 nem virorum placita examinat, alteri demonſtrationẽ annectere, alteri reprehen-
 ſionem aliquã. At citra demonſtrationem ſententiã dicere, quemadmodũ Chry- 35
 ſippuſ factitauit, puta vbi animæ pars affectionibuſ obnoxia exiſtit, illic & rati-
 ocinatricem eſſe: tantũ à philoſophi munere abeſt, vt etiam nec rhetoreſ nec ſo-
 phiſtæ idem faciant. quippe illi probabili quadã ratione fidem aſtruere conãtur.
 Singula autẽ quæ diſquiruntur, ex procinctu & incõſiderate aſſumere, neq; ad ſo-
 phiſtas, neq; ad rhetoreſ, neq; ad dialecticuſ, neq; ad innitẽteſ demonſtrationibuſ, 40
 neq; omnino ad vllũ omniũ pertinet. Pulchriuſ enim erat, mea ſententia, vt Pla-
 to ſuũ ipſiuſ dogma demonſtrare inſtituit, ita Chryſippũ quoq; Zenoniſ placitum
 pro virili oſtendiſſe, & non verſuũ multitudinem ex omnibuſ poëticiſ ſele-
 ctam aſſcribere, qui indicent iram, iracundiam, metum, timiditatem, confiden-
 tiam, conſtantiam, aliãque eiſ generiſ nonnulla, actioneſ quãſdam, alia cordiſ 45

esse affectiones. Quid igitur sibi volunt versus hi ex Homero collecti?

Cor intus latrat. Et,

Pectore percusso verbis cor increpat ira,

Suffer & hæc cor, nam grauiora aliquando tulisti. Item,

5 Pectore prudenti sursum suspiria duxit

Ex corde imo Agamemnon Græcis nauibus astans. Ad hæc,

Sed mihi cor ira turgescit. Et,

Iuno non iram tenuit sub pectore, at inquit. Præterea,

Verum & post etiam sub pectore continet iram

10 Donec perficiat.

In his enim omnibus, non rationalis, sed anima irascibilis in corde contineri si-

gnificatur, quemadmodum in his quoque, vt arbitror

Atque ira hunc quanuis sapientem inuasit, adurens. Et,

Dulcior hic multo quàm mel quod defluit instar

15 Fumi in pectoribus conscendet protinus imis. Et,

Cor appetit intus

Bellum agere incessans, pugnàmque subire diurnam. Et

Atque animum audacem ipsi in pectore dij posuerunt. Et

Cor Laertiadæ dolor ast inuasit Vlyssis. Et

20 Pectoribus robur validum patris indidit ipsi. Et

Sed pectore Achilles

Gnarum animum & grandem virtutibus obtinet intus. Et

Durùmque malùmque

Dij posuere animum tibi pectore virginis ergo. Et

25 Sic Aeneæ animus gauisus pectore in ipso. Et

Et Iouis exarsit positum sub pectore robur Noscere. Ad hæc,

Atque mihi ipsi animus bellum pugnàmque subire

Valdius ardescit nunc nunc in pectore charo. Rursus

Ipsè autem valide clamans in pectore mulsit

30 His animum, ast Hector cœpit meminisse timoris. Rursus

Incitat o Nestor cor me atque animus generosus. Et

Est illi prudens cor, atque animus generosus. Et

O si clare senex genua haud minus ipse valenter

Possideas, quàm animum retines in pectore charo. Et

35 Nosti etenim qualis muliebri in pectore fucuit

Esse animus. Et,

Atque tuum charum cor, me patiente dolores

Sufferat. Et,

Fatus sic, animum tandem his in pectore mouit. Et

40 Telemachus magnum luctum sub corde recepit. Et

Sic dixit placans animum sub pectore charum. Et

Huic cor in requie mansit deterrima passum.

Omnes enī hi versus, & præterea infiniti alij, si numerū spectes, quos Chrysippus

apponit, animosam vim in corde haberi ostendūt: ego autē si omnia ascribam,

45 librū, quemadmodū Chrysippus, replebo. verū ex Homero hæc quidem sufficiūt.

Eorum autem quæ ex Hesiodo Chrysippus permulta & ipsa adiecit, abunde mihi erit, si duo tria exempli gratia citauero.

Nanque ubi succreuit animus sub pectore charo. Et

Iram animum grauius cruciantem pectore gestans. Et

Cunctorum creuit in corde animus generosus.

In quibus sanè ad Chrysippi magnanimitatem obstupesco. quum enim conueniat homini qui tot poetas perlegerit, sciatque manifestò omnibus ipsius placitis assentientes, aliàs in alijs versibus, quemadmodum & Plutarchus in omnibus Homericis exercitationibus ostendit. deligit quidem ex ipsis quæ placitum cui ipse studet, attestatur: relinquit autè pugnancia, & quæ interim totum contrarium astruunt: ille vero ex æquo omnium deinceps meminit. nam eiusmodi versus omnes ab eo prætermittos esse oportebat: quibus autè mentem, præcordia, intellectum, rationem in corde contineri aliquis dixerit, ea colligere, quemadmodum & hæc innuunt. Iuppiter exemit tunc ipsi ex pectore mentem. Et

Consilium Neptune meum hoc in pectore nosti. Et

Et tibi perpetuo est sententia pectore talis. Et

Non mihi stat talis sententia pectore.

Sicut enim prioris versuum generis, quibus in corde animæ affectus ostenduntur, infinita apud poetas est copia: ita alterius pauca, quibus rationalem vim in corde sitam, quantum ad poetas, aliquis ostendere poterit. Hæc igitur sola Chrysippum seligere conueniebat, si omnino testibus litem dirimere statuerat. At plura quidem illa, pauciora verò hæc scribere, ei qui historiarum veritatem ostendat, probe successerit. plura enim illa vere inueniuntur: ei verò qui quod Chrysippus studet, tueri aggrediatur, aduersabuntur: præsertim quæ manifestò iracundiæ aduersantem increpantemque faciunt rationem, veluti & hæc sonant.

Pectora sed feriens, ipsum cor increpat ira,

Suffer & hæc cor, nam grauiora aliquando tulisti.

Hæc siquidem Vlysem ad se dicentem Homerus introduxit, quum ob ea quæ à famulis domi agi videret, calor in corde ipsius efferuesceret, & animus siue iracundia ratione deuicta ad intempestiuam mulierum ipsarum punitionem cõtenderet.

Quam enim eques ad equum, aut venator ad canem rationem obtinent, hæc ratio ad animum seu iracundiam. Siquidem imperare in omnibus & vincere iustus est id quod natura præcellit: equitem sanè equum: venatorem autem canem: rationem, iracundiam. At non semper accidit coniugium lege naturæ administrari: verum equus nonnunquam contumax nõ pro decoro elatus, infessorem virium imbecillitate aut equestris scientiæ ignorantia victum, simul cum ipso abripit. animus autem valens, & ad importunam castigationem vehementius erumpens, nonnunquam rationem imbecillum aut ignaram vnà secum attrahit. Si enim robur scientiamque habeat, vincet nimirum & ratio animum, & auriga equum. Quod si verò aut alterutro aut utroque priuetur, periculum ibi est, ne id quod deterius est, natura præstantius deuincat. Quemadmodum enim in Scythis & Galatis aliisque barbaris gentibus permultis animus rationem vincit, ita apud nos in pueris & imperitis hominibus. Homerus id ipsum volens indicare, Hectorem, Achillem, & quosdam alios eiusmodi adolescentes animo, hoc est iracundiæ inseruientes producit: Vlysem verò, Polydamam & Nestorem ratione animum con-

tinentes, subinde quidem tam valide, vt ne animus quidē ad irrationalem quamdam actionem proruperit: interim vero erūpat quidē, sed à ratione contineatur, quēadmodū in his versibus Vlysem expressit. omnia vero deinceps ea ascribam.

Tunc sponsis meditans animo mala diuus Vlyses

- 5 Decubuit vigil: interea famulæ egrediuntur
Aedibus, ac venerem cum sponsis turpiter extra
Exercent, largo risu sese exhilarantes.
Hic ira exagitabatur sub pectore charo,
Et mente atque animo versabat plurima, cuiq;
10 Mortem ne infiliens conscisceret illico, sponsis
Extremum an sineret misceri. latrat at intus
Huic cor, vt catulos obiens canis ipsa tenellos
Ignotum allatrat, nec non pugnare parata est:
Latrat sic intus, male fert dum turpia facta.
15 Pectora percutiens, ira cor increpat idem,
Suffer & hæc cor, nam grauiora aliquando tulisti,
Quum socios Cyclops præclaros impius esset:
Attamen hæc tolerasti, dum te educeret antro
Metis, quando tibi mortem rebare paratam.
20 Sic inquit placans charissima pectore corda.

An non clarè Homerus in hisce percenset animi pugnam cum ratione in viro prudenti, & victoriam rationis, animi autem erga ipsam obsequium. neque aliud quicquam aliquis nobis ex poëta condisci concesserit. Quum enim ea quæ tam euidenter dicuntur, in ambiguitatem fuerint deducta, neque alijs sanè quomodo
25 vsus sit, intellexeris. Quippe famulas peccantes conspiciēs Vlyses, ab animo (hoc est iracundia) violenter ad ipsarum punitionem rapiebatur: à ratione verò detinebatur, vt quæ importunitatem edoceret. Verū quia ratio nō facile potuit perducere animum, vt in tempus magis idoneum punitionem differret: vehemētius ab ea abripitur, veluti equum ferocius se efferentē auriga valido freno violēter re-
30 trahēs. Quinetiā hæc secum ait, Contine o cor generosissimū in præsentia, quēadmodum etiam prius aduersus Cyclopē continuisti, videns socios ab eo consumi. Plato sanè horū versuum admodū tempestiue in quarto de Republica libro meminisse videtur: Chrysippus autem nimisq̄ intempestiue, ac inepte: multo autē magis eorū quos Euripides Medeā dicentem finxit, quū etiam in illius anima ra-
35 tio aduersus iracundiam pugnaret. nouerat enim q̄ impium aliquod & graue opus perpetraret, filijs occidendis manum admoliens: eoque detrectabat, differēbātque, & non statim concitata id designauit. Rursus ipsam iracundia velut equus quidā ferox ac inobediens aurigā superās, ad filios vi trahebat: deinde iterū ratio retrahebat, abducebatq;: postea rursus iracūdia in diuersum agebat: inde ite-
40 rum ratio: vt subinde sursum & deorsum ab vtrisque impulsa, iracundiæ concesserit. hanc Euripides tunc loquentem ita introducit,
Noui quidem cuiusmodi faciam mala,
Sed fortior iracundia consilijs meis.

Nouit quidem magnitudinem malorum quæ est perpetratura, à ratione edoc-
45 ta: verum iracundiam ea fortiorem esse inquit, & propterea ab illa violenter ad

opus abduci. Vlysses autem contrà, ratione iracundiam coërcuit. etenim barbarorum indoctorumq; hominū exemplar Euripides Medeam posuit, quibus iracundia ratione valentior est: Græcorum autem & eruditorum imaginem rursus poëta Vlysses statuit, in quibus ratio iracundiam vincit. Sæpe igitur in alio irascibile animæ partem ratio superat, ut ne pugna quidem vnquã ipsis inter se oboriatur, sed hæc dominetur, illa obtemperet. atque hoc ijs adest, qui ad summum philosophiæ perueniunt. Rursus iracundia subinde rationem ita vincit, ut imperet, & ducat perpetuo: id quod in multis barbaris, & pueris natura iracundis, insuper in ferarum non paucis, & hominibus beluinis videre licet. Est quum ne alterum quidem vsque adeò valens sit, ut statim alterum attrahat, sed aduersantur inuicem pugnantque, & temporis spacio alterum vincit: In Vlysses quidẽ ratio, in Medea autem iracundia: ceu duæ ipsæ animæ particule, aut si non particule, certè facultates quædã. At Chrysippus neque particulas animæ hæc ratus, neque facultates irracionales à rationali diuersas, tamen non dubitat Vlyssis & Medæ versum meminisse, quæ euidenter opinionem ipsius subuertunt. Quomodo igitur aliquis adhuc cum talibus viris disputet, qui neq; manifestò apparentia curant (ut sã frequẽter ostendi) & coarguentiũ ipsorũ dogmata, ceu attestatiũ meminerunt? Nã liber de principatu animæ à Chrysippo conscriptus scatet versibus poëticis, qui vel affectus in pectore & corde contineri affirmant, vel duas esse animæ facultates toto genere inuicẽ differentes, hæc irrationalẽ, illã rationalẽ. Quomodo enĩ ex Homero & Hesiodo pauca ante paululũ apposui, quæ Chrysippus cõscripsit, ita is ex Orpheo, Empedocle, Tyrteo, Stesichoro, Euripide, alijsq; poëtis multorũ versum meminit, simili absurditate scateiũ, veluti etiã quũ Tyrteũ dicẽtem citat, Leonis animum continens in pectore.

Quòd nanque leo iracundiam habet, accurate omnes homines etiam priusquã audiuissemus Tyrteum, nouimus: non tamẽ Chrysippo versum adiungere decorum erat, qui leonibus iracundiam adimit. Nullum enim, ut autumat, irrationale animal vel irascibilem vim, vel appetitoriam, vel rationalem obtinet, sed veluti à me dictum est superiori libro, Stoici ferè vniuersi in omni functione suprã dictis omnibus ea auferunt. Tyrteus autem, quemadmodum & Homerus & Hesiodus, breuiterque omnes poëte, vehementissimam iracundiam leones habere affirmant. Quapropter etiam hominem quicumque maximè furit iracundus, leoni assimilant. Iam verò citra poëtas vniuersi homines eos qui ferocissimi & maximè iracundi sunt, leones nuncupant. ita neque Athletis cessant quotidie nomen hoc attribuere. Et Chrysippo cõtrã quàm velit accidere videtur. nam dum ab argumentis rei quæ à natura ipsius dilquiritur, continue recedit, & rhetorice magis quàm philosophice in testium multitudine victoriam ponit, ab ipsis quos citat, prodicitur. Etenim quum pronunciet ideo nonnullos excordes græce *ἀναρσιους* dici, quòd vniuersi homines animæ principatum in corde contineri crediderint, virum de mirari satis nequeo, quòd non eatenus assequitur ea quæ dicuntur, ut cognoscat nullũ stolidum ac imprudentẽ excordem nominari: sed illos omnes quãdo dicentibus incessant, nõ habere cerebrũ inquit: meticulosos autẽ & timidos excordes appellat. Ita & hic Chrysippi dogma ab ipsis coarguit, quos in testimoniũ adducit, dum putant in cerebro quidem esse rationem, in corde autem iracundiã: sed per Iouem mirum est quomodo nomen excors interpretetur, aut quo sensu vulgus

ratio an in cerebro

proferat. mox ei coniungit dictionem *asplanchnon*, quasi dicas visceribus exu-
 tum. habent autem verba ipsius in hunc modum: Conferunt prædictis etiam hu-
 iusmodi ex his quæ dicuntur, puta visceribus priuatos, quatenus dicimus aliquos
 non habere cerebrum, & habere: ita nos sentientes dicere, & non habere cor ali-
 quos, & habere secundum prædicta, vt visceribus destituti, qui *asplanchni* dicun-
 tur, forsan accipiantur, eo quod nihil intus habeant condolens. iuxta contraria etiam
 à corde sic ipsis communius appellatur. cerebrum vero capiatur, vel quod in eisdem
 simile quoddam existat, vel quia etiam hoc facultatem quandam habeat visceribus
 simile. Ita quidem verba sonant. Conuenit autem aliquem legere ea ter quater-
 que multo otio, mente ijs quæ dicuntur, diligenter adhibita, hac enim sola ratio-
 ne putò persuadebitur, id quod communi prouerbio dicitur, dictis ipsius inesse,
 scilicet, Nihil accipe, & contine probe. Ego enim quum in multis sæpe libris o-
 rationes legissem, in quibus nomina ad verba nullo sensu connectuntur, nusquam hoc
 tam accurate expressum vidi, sicut in hac modo citata sententia. Aenigma enim
 est oratio Chrysippi, mirabili quadam obscuritate cum intempestiua breuitate
 perplexum. quamquam breuitatem ne in vno quidem ipsius libro imitatus sit: sed
 adeo prolixus est, vt sæpe in toto libro multifariam de eisdem sursum & deorsum
 sermones implicet. Iam sanè obscuritatis vitium ipsi familiare est, quod in-
 terpretatoriæ facultatis infirmitatem sequitur. Ac mihi videtur etiam ipse id sen-
 tiens, ter & quater de eisdem rebus non detrectare sermones in longissimum pro-
 ducere. breuitati autem non assuevit, & rarò eam usurpat, in quibus potissimum
 orationibus errorem suorum dogmatum sentit inuitabilem. cupit enim (vt opi-
 nor) breuibus ipsum percurrere, sed coargui sustinens. At mihi videtur quemad-
 modum in alijs orationibus contendit manifeste interpretari, ita in quibus de-
 prehenditur, sermonem obscuritate cum breuitate occultare, vt videlicet pute-
 tur ad crimen obiectum respondisse, & non omnino ipsum præterisse. Nos autè
 nihil possumus productis contradicere, quæ nequaquam intelligimus. Statim sanè in
 præposita oratione, qua dictionem *asplanchnon*, quasi dicas viscerum expers, &
 non habere cerebrum, quomodo vulgo dicant, exponit. Mihi quidem tale quip-
 piam videtur innuere. Euisceratos vocant nonnullos perinde vt excordes, quoniã
 viscus cor est. non autem habere cerebrum, idem valere dicunt ac euisceratum,
 quoniam hoc quoque viscus est, & principale. Non tamen recipiunt omnes Stoi-
 ci huiusmodi expositionem, sed aliud quiddam dici affirmant, id tamen non iu-
 dicant, ex penitioribus nimirum existens: ac increpant nos statim ceu præcipiti mo-
 do contradicentes, priusquam id quod dicitur, cognoscamus. Alij etiã conuictijs a-
 gentes acrius, rudès nos & contentiosos appellant: nec ineruditos homines doce-
 re se velle id quod proponitur, inquirunt: etsi alia etiã nobis inuitis prolixè recen-
 scant. Verum quum (vt dixi) ad huiusmodi quippiam peruenerint, vbi nulla est nugaci-
 tatis occasio, qui sanè libros conscribunt, celeriter simul & manifestò percurrunt.
 Qui autem horum commentarios interpretantur, ad inuidiæ potius suspitionem
 in auditores transmittendam prompti redduntur, dum nolle se docere nos simulat,
 vel dum victos se esse fatentur. Verum euisceratos & excerebratos iam persequa-
 mur, ne amplius negotium facessamus Chrysippo manifestè reprehensò. Ab ijs
 quos ipse testes citat, ac vbi desimus, eò reuertamur. Quum Chrysippus totum
 librum repleuisset versibus Homericis, Hesiodicis, Stesichorijs, Empedocleis, &

Orpheicis. Præterea quum non pauca ex tragœdia, ex Tyrteō, alijsq; poëtis appo-
 fuisse, deinde quum non intelligeret mirificam hanc dicendi infinitatem (hoc e-
 „ nim ei nomen conuenire magis autumo) hæc ad verbum adducit: Hæc sanè ciui-
 „ lem garrulitatem esse dicent: forte etiam literarum magistri, qui versus quãpluri-
 „ mos sub eodem sensu statuere velit. Recte dixisti o Chrysippe hæc. Præstaret au- 5
 tem si non solum dixisses, sed etiam anilem hanc loquacitatem seruasses. Quid e-
 nim esset anilius, aut nugacius, aut grammaticæ decentius, aut magis alienum à
 demonstratione, quæ viro philosopho conuenit, quàm placiti Platonis mentione
 statim ab initio facta, sinere quidem hoc, & prorsus abijcere: non autem vt à po-
 10 steris ipsius statutum est scribere: sed controuersia solutionemque quam in ver-
 bis viri mouent, relinquere, propter quam æquum erat ipsum demonstrationibus
 scientificis vsu, placitum ipsius impedire, poëtarum autem meminisse, & indo-
 ctorum multitudinem in testimonium citare, & quæ dicant mulieres, scribere,
 neq; ijs ipsis (quos citat) testibus reprehendi? Etenim poëtæ contra ipsum vniuer-
 si pronunciant: plura etiam idiotæ. Quis igitur poëta non scripsit multa anima- 15
 lia vehementius homine & concupiscere, & irasci? Quis vero idiota non sic vti-
 tur nominibus, vt Platonis dogma exigit, excordem æque vt timidum & meti-
 culosum, & non virum appellans: cor autem capere adhortans, quum ad virilem
 actionem proximum incitat? Stolidos verò, excerebratos & imprudentes nũcu-
 pant: alios callidos, & mentis compotes, quoscũque ceu prudentes commendat: 20
 euisceratos autem, qui nullius misereantur, neque ament, neque omnino curent
 vel laudè vel vituperiũ vel iniuriã vel cõmodũ: sed veluti lapides sensuũ expertes.
 quos enim nullo prorsus sensu præditos irridere voluerint, euisceratos dicunt:
 quẽadmodũ non viros, excordes: excerebratos, dementes. At quia tertiũ quoque
 viscus iecur existit, in quo appetitoria animæ vis cõsistat, huic etiã cõmoderatio- 25
 nẽ quandã priorũ motuũ inesse oportet, si homo in totum ornari anima de-
 bet. Iam etiã in hoc insensilis, vt in alijs duobus simul prauæ affectus, euisceratus
 recte vocatur: quẽadmodũ qui e diuerso habet, magnis visceribus præditus, me-
 galosplanchnus græce dicitur; quomodo Euripides Medeã introduxit, magnis
 reuera visceribus donatã, quæ validas trium viscerũ facultates motusque haberet. 30
 etenim appetentissimã mulierẽ proponit, maximẽque iracundã, simul & ratio-
 cinando vehementẽ. Abunde autẽ sunt appetitricis animæ, quatenus à modera-
 to motu abscessit, indicia in Iasonis amore, à quo victa prodidit simul & reliquit
 domesticos, secuta autem est, & omnino se homini peregrino cõcredidit. Irasci-
 bilis autẽ animæ vehementiæ, quia filios occidit, non mediocria sunt argumẽta. 35
 At rationalis intelligentiẽ (fingit enim in his quoq; ipsam Euripides nõ vulgarẽ)
 indicia magna, quæ puniendis hostibus excogitata apparent, item quæ apud se
 ipsam persequitur, & submittens persuadensque animo iracundo, vt ab impijs o-
 peribus recederet. Quare Euripides bona ratione de ipsa dixit:

Quid tandem faciet anima magnis prædita

Visceribus, implacabilis, faucia malis?

Hæc itaque magnis donata visceribus, Græce μεγαλοσπλᾶχνος dicitur. Asplan-
 chnos autẽ & microsplanchnos, quasi dicas nullis visceribus, & paruis donatus est,
 cui tres animæ particulæ prauæ, exiguæ, motu & tardæ, & difficiles insunt. Inter-
 ea verò orationum quas pertracto, occasionem non dubitabo efferre. dictum est 40

à veteribus philosophis, fieri non posse, vt aliquis qui cū hominibus garrulis dis-
 ferit, ab omni prorsus loquacitate abstineat. Ego igitur coactus sum à Chrysi-
 po, in garrulitatē incidens, & idiotarū, & Euripidis voces interpretari: quod nunq̄
 libens ausus sum facere tanti dogmatis demonstrationes perscribens. Non solum
 5 enim Euripides aut Tyrtæus, aut alius quidam poëta, aut certè etiā idiota fidē de
 placito facere citra omnē demonstratiōē abunde potest: sed ne ipse quidē Hip-
 pocrates omniū medicorū consensu præstantissimus, quēadmodū neq; Plato om-
 niū philosophorū princeps. Haud enim si vel omnes ipsius posterī inuidia rum-
 pantur, neque si contentionis studio impudentiā cōmententur, (quēadmodum
 10 Chryssippi sectatores) aut opiniōē Platonis superare nq̄ poterunt, aut ornatum
 demonstratiōis imitari. Attamen neq; his viris tantum alios scientijs animæ su-
 perantibus, ornatissq; nemo mentis compos simpliciter loquentibus dignatur fi-
 dem accōmodare, sed demonstratiōē expectat. Chrysippus autē, quas quidē hi
 dicunt demōstratiōnū de dogmate proposito, ne vnus quidem aut cōmeminit,
 15 aut reprehendere aggressus est. Interim non veretur Tyrtæum & Stesichorū te-
 stes citare, quos si etiam viuos aliquis interrogaret, an de horū scientia dogmatū
 ambigerent, faterentur nimirū vna voce, nihil se ipsorum sensisse: ipsi autem po-
 tius, arbitror, à Chrysippo non nihil discere, q̄ ex ipsis demōstrare maluerunt: de-
 inde Chrysippus scilicet ad idiotas, ipsos duceret, sapiens ad ineruditos, prudens
 20 ad insanientes, orationū cōsequentiā peritus, ad eos qui inter se & apud seipsos o-
 mni tēpore verbis simul & operibus discrepant. Verū licet insaniant in omnibus
 & inuicē, apudq; seipsos omnes idiotæ discrepent, hoc saltē puto prudētiā habēt,
 ne ad ea quæ dicunt, in testimoniū adducant qui contra ipsos pronuncient sentē-
 tiā. At Chryssippi sapientia etiā idiotarū inscitiā longē superat. citat enim testes
 25 à quibus dānatur. Huius gratia coactus sum ego quoq; impresentiarū esse loqua-
 cior, vt ostendā Chrysippū in omnibus grauissimē errare. Neque enim vllius de-
 monstratiōis à Platone & Hippocrate conscriptæ meminit, neq; contradixit:
 neque ipse aliā quāpiā demonstratiōē protulit: neq; nouit quos oporteat testes
 30 vocare. Iā ostendimus etiā priori libro quomodo Chrysippus ipse sibi aduerse-
 tur. Constat in præsentia quoq; viri stupiditas, qui nō modò nō celat quæ conue-
 niebat celare, vt pote euidenter sermonē suū subuertentia, sed etiā hæc sibi attesta-
 ri censet. Itaq; iam à talibus digressi, videamus deinceps orationes quas proponit
 vniuersas, toto sermone ad caput iterū reducto, ne aliquid omittatur. Apponam
 35 autē totam seriē, etiā si longior sit. habet ea in hunc modū: Quū itaq; ira indidem
 oriatur, ratio est etiā reliquas cupiditates indidē haberi, reliquosque iā affectus, &
 38 ratiocinationes, item quæ his sunt consimilia. Moti autē fama pleriq; horū multa
 39 reuera deligunt eiusmodi, dicto impetu perciti. Primū etenim omnes, vt inde in-
 40 cipiā, hac ratione dicunt nonnullis animū seu iracundiā conscendere, & descen-
 41 dere, nonnullis bilē: dicentes quoq; quosdā ab ipsis cedes deuorari, & nō deuora-
 42 ri ex huiusmodi impetu dicimus: sic autem dici, & nihil ipsis horū descendere, &
 43 quòd qui deglutiuisset prædictū, discessit: Zeno autē ad eos qui assumerent, q̄ o-
 44 mnia quæ queruntur, in os ferre dixit, sed non omnia deglutiuntur: quū neq; de-
 45 glutitio aliter propriè magis appelletur, neq; prædictorū descensus, nisi in thora-
 ce animæ præcipatus esset, quo omnia hæc ferātur. Si itaq; in capite habeatur, ridi-
 culè dicitur & impropriè descendere: ascendere autē (mea sentētia) propriè ma-

„ gis ipsa dicerentur, & non descendere: quomodo prædiximus sensum audiendi ad
 „ intellectum deferri. si in thorace existat, propriè descensus dicitur: si autè in capi-
 „ te, magis impropriè. In his rursus Chrysippus imprudens idiotas ad se vocat. nã
 „ ascendere iracundiam, aut descendere bilem, quaque alia eiusmodi dicuntur, ijs
 „ attestantur, qui iracundiam, summamque affectus infra sitos esse existimant, quæ
 „ admodum in capite rationem. Aliquò enim noui plerisque non descendere sibi
 „ commemorata affirmantes, non quum nequeunt assequi, neque intelligunt quæ
 „ dicantur quando sed dicuntur nonnulla, ceu iram, aut mœrorem, aut iracundiã,
 „ aut eiusmodi aliquem affectum prouocatura: is autem qui audit, nullam de ipsis
 „ habet curam, neque affectu mouetur. Hæc igitur loquacitas hunc finem habeat. 10
 „ Postea Chrysippus aliarum eiusmodi meminit: Mulieres etiã magis aliquid ho-
 „ rum representant. Si enim ea de quibus est sermo, non ipsis descendunt, sæpe di-
 „ gitum aduſque cordi vicinum locum deducunt, negantes descendere iam com-
 „ memorata. Hoc epichirema prioribus consimile est, duobus alijs admodum sa-
 „ pientibus epichirematibus assumptis: nempe mulieres esse quæ hæc dicunt, & non 15
 „ quemadmodum antea, viros: item indice monstrare ceu tripudiãtes: quæ oratio de
 „ sedibus indicabat. Atqui hic etiam, generosissime Chrysippe, cõtra te ipsum mu-
 „ lieres in testimonia adducis. Neque enim hæc in eum modum dicunt, neque mani-
 „ bus saliant, (vt dixisti) quum negant se dicta intelligere: verum quando ob con-
 „ uitia, aut minas, aut huiusmodi quippiam neque irasci dicunt, neque excandesce- 20
 „ re, neque omnino indignari. quod neque ipsum, puto, latet Chrysippum. Itaque
 „ & hic secum discordans paulo post scribit. A quo impetu dicimus non descen-
 „ dere quæ dicuntur, siue minas, siue conuitia, vt deorsum veniant, attingantque
 „ ipsas, atque sic mentem commoueri hoc delationis impetu. itè profunditates quas-
 „ dam esse pronunciamus, eò quod nihil huiusmodi aggrediatur in ipsa descende- 25
 „ re. Quod igitur in minitantibus aut conuitiantibus dicitur non descendere in
 „ pectus ea quæ dicta sunt, etiam ipse Chrysippus testatur: adiecit autem orationi
 „ mentis vocabulum, quum oporteret dicere iracundiæ. Etenim ratiocinari, & quæ
 „ dicuntur considerare, item pugnantiam aut consequentiam rerum nouisse, ratio-
 „ nalis facultatis opus est. Ob conuitia autem aut minas neque irasci neque excande- 30
 „ scere, animosæ proprium existit. verum hæc in subsequētibus Chrysippus tradit. Por-
 „ rò inter hæc quæ modò exposita sunt verba, & quæ paulò ante de mulieribus scri-
 „ pli, alia habentur quæ nunc apponã, ne quicquid prorsus prætergredi videar. Habet au-
 „ tem hunc in modum: Ex horum consequio reuomere nonnullos dicimus ea quæ ipsis
 „ apparuerunt. Præterea profunditatem dicimus multorum eiusmodi commemoratis 35
 „ similiter. nã vbi deuorauerint huiusmodi dictum, dies est, & reposuerint hoc in ani-
 „ mum, rursusque illud dicentes, dies non est, rebus manentibus non aliene neque im-
 „ propriè reuomere hoc dicuntur. Ego sane reuomere nullum audiui dicentem: sed ma-
 „ gis expuere, emittere, abijcere, & deponere dicunt, quum significet aliquem à prauis re-
 „ cedere opinionibus. Quod si vero etiã euomere à quibusdam dicatur, idem nimirum e- 40
 „ rit quod expuere, abijcere, & alijs simile, quæ ex translatione sumuntur. At quod nul-
 „ lum huiusmodi epichirema non solum viro philosophiæ studioso, sed ne rhetorico qui-
 „ dem tractandum sit, ostensum etiã est à me antea. quin etiã impresentiarum paucis liceat
 „ indicare, reuocatis in memoriam rhetoricis artibus, quas illi tradunt, docentes
 „ nos ex quibus locis ad vnumquodque argumentum epichiremata desumantur. 45

Nullius siquidem eiusmodi meminērūt, qualibus Chrysippus cōmentarios suos repleuit, imò si omnem dictionum seriem accuratè perlequi velim, vt nihil ex vitijs relinquatur indiscussum, indictumq; liber in infinitū extenderetur. Quare iā ijs quę prędiximus, omissis, ad subsequētia diuertemur. Ex quibus Chrysippus
5 poëtarū testimonia apponere incipit, pauca interim verba sua interponens, sæpe ceu interpretationē eorum quę series vocū innuit, sæpe ceu cōpendiū aliquod, & veluti summā quandā vniuersalē. Auspicatus itaq; ab aliqua Empedoclis sententia, tū exponit ipsam, tū quorundā inter exponendū memoratu digniorū orationū interpretationē incipit, inter quę etiā de voce tractatur, cuius sermonis secundo harū commentationū libro mentionē feci: vbi satius mihi visum est orationes
10 exponere, quę probabile continent, & non omnino sunt repudiandæ, neque mulieres, neq; idiotas, neque etymologias, aut manuū lationes, aut inclinationes, reclinacionē sive capitis, aut poëtas in testes aduocant. In quibus etiā solis permanere decreuerā, non eadē ipsis adijciens, quę nunc mihi scribuntur, opinatus autem
15 melius familiaribus esse, nec quę omnino Chrysippus effutiuit: nec eadem prorsus superfedere: sed tū absurditatē ipsorū prodere: tū ostendere nihilo magis proficere hæc aduersus Stoicorū dogmata assumpta. Ideo omnia ista isto libro apposui. De voce equidē non opus est verba adhuc face re impręsentiarū, quū vniuersum modū superiori libro abunde elaborauerim. Quę autē deinceps in libro
20 de ipsa Chrysippus prodiderit, eorū nunc cōmeminero. Sunt autem ea quę ex manuū lationibus petuntur, quū pectora attingimus, nos ipsos ostēdētes: præter ea quę ego de voce protuli, quę sanē etiā in etymologicis habere aliquid dixit, quod semetipsum ex euidenti demonstrat, eò q̄ in prima litera in eadem syllaba inferiorem maxillā & labrum veluti ad pectus abduci contingat. Dictum à me
25 de his est etiā in secundo horū cōmētariorū volumine, item in libris de nominum rectitudine. Iam verò huiusmodi epichirematis similia sunt, quę ex ratione nominis cordis sumuntur, post prædicta à Chrysippo primo de anima libro, hūc in modū perscripta: His omnibus concorditer nomen etiā hoc, cor, respondet,
30 quod Græcis καρδία dicitur, ex quadā præcellentia & dominio, quia princeps & imperatrix animæ facultas, veluti κρατία, quod est dominium dicta, in eo consistat, hęc sanē, quòd ad vitā nostrā viscus sit principalissimū. Neq; nos o præclare Chrysippe ambigimus, non tamen absoluto sermone principalissimū esse cōcedimus. Non enim dominari ipsum & præesse alijs natura tribuit: neque conuenienter ea quę in homine sunt, administrare, verum cerebro imperare, cordi obedire donauit: quēadmodū nos ostendimus. Post comprehēsa modò, Chrysippus deinceps
35 hæc scribit: Appetimus secundū eandē partē, & cum ea simul afficimur: in eandē quoq; omnia sensus instrumēta pertinent. Hęc capita solū scientificorū existūt: quę si Chrysippus demonstrasset, tunc hominem laudaremus, & Stoicorū placitis auscultaremus. Quoniā verò demonstrare non aggressus est, solū autē pronunciauit, & nos iā antea de eisdē ostendimus neq; in corde creati, sed omniū ipsorum originem esse cerebrū, nihilóque minus per ea quę sequuntur, demonstraui-
40 mus: nō amplius æquū esse puto vt Chrysippi placitis, sed Hippocratis & Platonis fidē accommodemus. Hęc igitur capita totā summā de propositis nobis dogmatibus in se cōprehēdentia, tā celeriter Chrysippus transcurrit, vt tantū meminert: vbi autem non oportet, superfluò prolixus est: deinde verò vocis & ner-

uorum principij mentionem facit: de quibus vtrisque, superioribus commentarijs tractatū à me est. Postea dictionem excordem interpretatur, de qua iā prius disserui. Tantillum verò præterea in præsentia desumā ab ipsa Chrysippi dictione, quæ attestatur ea quæ prædixi. habet autem hunc in modum: Hac ratione etiā
 » cordati dicuntur aliqui esse, quemadmodum animosi: & cor dolere, qui nonnulla
 » curant, tanquam in corde tristitiæ dolor oriatur. Hac enim sententia manifestò
 Chrysippus testatus est nobis, quòd nunquam rationalem animæ vim vllus idio-
 tarū in corde haberi existimauerit: neque excors, inanimatū (vt opinatur Chry-
 sippus) sed timidum apud ipsos significat. Pari modo cor dolere, pro angustia ac tri-
 stari: veluti & hoc ipse testatur eadem hac dictionum serie modo comprehensa,
 » vbi pronunciat, tanquam in corde tristitiæ dolor nascatur. Similiter in omnibus
 orationibus Chrysippus imprudens ac inscius animi affectus in partibus cerebri
 inferius subsistere altruit, non rationalem vim, aut scientiæ capacem, aut verita-
 » tis studiosam. Sic verò etiam, quum orationem inferens, dicit: Nā in totum, quæ-
 » admodum per initia dixi, admodum ostendunt & metus & tristitia eadē in par-
 » te prouenientes. Attestatur hic quoque Platonis sententiæ. Item per subsequen-
 tia persimili modo non intelligit se tueri, quæ animosam vim in corde collocet. ete-
 nim in metu cordis palpitatio euidens est, & in hanc partem totius animæ con-
 cursum: quum alioquin non accidentaliter ea eueniant, quemadmodum aliud alijs
 condolere solet, in quo etiam consistunt metus in se contracti, ad hanc veluti
 » animæ principatum, iam in huius ex ipsis tanquam præseruatione, tristitiæ quo-
 que affectus indidem natura oboriuntur, nullius alterius consortio, neque loci dolē-
 tis consensu. Quippe doloribus nonnullis vehementibus indidem infestantibus,
 alius quidem nullus locus affectiones has ostendit, cordis autem regio maximè.
 Hæc omnia verè à Chrysippo dici affirmabimus, adhortabimurque ipsius secta-
 tores eorū meminisse, & nō amplius à nobis aliā requirere demonstratiōem de eo quæ
 metus, tristitiæ, omnēsque id genus affectus in corde consistāt. verū hoc etiā ab ipsis
 Stoicis cōfessū assumitur. nō solū enim Chrysippus, sed Cleāthes quoque & Zeno
 hæc prōptè cōstituūt. Illud autē inspicere solū cōuenit, in quo omnē dubitatiōem
 esse contingit, an etiam pars animæ rationalis inibi habeatur. Si enim quæadmo-
 dum animosa, manifestò his verbis quæ Chrysippus iam subinde protulit, osten-
 ditur in corde contineri: nos autem & de rationali persimiles has, aut etiam ve-
 hementiores adhuc demonstrationes apposuerimus de eo quòd in capite & ce-
 rebro ipsa existat, quid aliud quàm Platonis & Hippocratis placitum ostendetur, quū
 nos vtrisque demonstrationes composuerimus? Fortè igitur præstiterit, quoniā
 » in hunc sermonem incidimus, demonstrationes scientificas in memoriam reuo-
 care, quibus de superiori commentario diffusius disputauimus, assumptiones ostēdēs
 vnde aliquis propositum demonstraerit. Erat autem id caput, ab ijs quæ insunt
 acciduntque vtrique visceri, secundum rei de qua est quæstio, substantiam, ordiri
 oportere. ac sanè quæ insunt acciduntque vtrique, priuatim omnia suprā sumus
 » executi. Porro horum capita hæc quoque erant. Primum quidem, quæ instrumen-
 torum tum sensum tum motū arbitrariū omnibus animalis membris dispensan-
 tium, qui nerui appellantur, cerebrum originem ac principium esse contigit, ve-
 luti arteriarum cor. Deinde, quæ contusis aut vulneratis cerebri ventriculis, totum
 animans actutum torpidum euadit, non tamen interit vel arteriarum vel cordis

motus: quemadmodum vbi cor similiter affectum fuerit, arteriarum motus of-
 fenduntur: totum verò animal nullam neq; sensus neq; motus noxam experiri vi-
 detur. Insuper ostendimus neutrum commemoratas facultates alteri subministra-
 re, neq; cor cerebro sensoriam motoriamq; pro arbitrio, neq; cerebrum cordi pul-
 5 satilè: sed est vtraq; particula vtriusq; facultatis veluti fons aliquis. Iam ratio ostendit
 quoque à morbis testimoniū, de quo in subsequētib; copiosius agemus. Cere-
 bro etenim patiente, pròptè desipere animal, & motus sensuūq; expers reddi. At
 corde affecto, in syncopen prolabi, & interire, prædictorū autē ne vnū quidē per-
 10 peti. Itaq; si in eum modum hæc se habent, quæadmodum habent: & qui ex cor-
 de neruos prodire tuentur, dicere quidem hoc possunt, & scribere, quæadmodum
 etiam alia pleraque & dicunt, & scribunt: non tamen in animantibus euidenter
 ostendere. Siquidem quod principium dicitur à quo nerui proueniunt, cerebrum
 existere necesse est. Quæ autem Chrysippus impendiò prolixus de corde disse-
 15 ruit, non ratiocinari viscus indicant, sed irasci, timere, & tristari, ac omnia quæ ir-
 ascibilis animæ tum opera, tum affectus existunt. Quod igitur iam antea hoc in
 libro dixi, id etiam nunc repetere est necessarium, quoniam Chrysippus in ora-
 tione post citata verba promptè rursus assumit, ex vno solo vtriusque facultates
 20 ordiri, ne vna quidem demonstratione, aut persuasione, aut probabilitate oratio-
 ni adiecta, vt ex ipsa sententia constabit, quæ hunc in modum sonat: Absurdè i-
 taque id ex his ducendum, siue non dicant tristitiam & timorem dolores esse, siue
 25 dolores in alio loco gignantur, q̄ in animæ principatu. Eadē etiā de gaudio & cōfi-
 dentia dicemus, quæ in corde generari videntur. Nam quomodo quum pede aut
 capite laboramus, in his locis dolor gignitur: ita etiam tristitiæ dolorem in thora-
 ce oborientem percipimus: neque tristitiā, quæ non est dolor, in alio quodam lo-
 30 co q̄ anima principe ipsam obuenire. Aduersus hæc verba æquū est Chrysippo
 respondere iuxta singula capita quæ discutio, priori statim ab initio repetito, vbi
 affirmat tristitiam, timorem, & dolorem cruciatus existere. Siue enim aliquis nos
 interrogans ita dicat, quemadmodū Chrysippus dixit, siue pronuncians senten-
 tiam, laudabimus illius sermonem, dicemūque timorem, tristitiam, & dolorem,
 35 cruciatus esse genere: imò si oportet secundum græcorum consuetudinem vti no-
 minibus, dolores & cruciatus nihil inter se differre: quemadmodū neq; columnā
 & pylam, neq; lumina & oculos: timoris verò & tristitiæ veluti genus esse quoddā
 cruciatum. In principalis autem animæ loco dolores oboriri, id nondum Chry-
 sippo concedemus, dolorēq; in principatu animæ consistere. Aequum itaq; est
 40 ostendere, in vno eodēq; viscere vtriusq; habitare vires. At verò quid dico in vno
 & eodem? Non enim ad Chrysippum ita facere verba conuenit, sed ad Aristote-
 lem, qui quidem plures in anima nostra vires genere diuersas esse concedit, nō ta-
 men in alio atque alio viscere collocari. Omnium nanque principium cor esse vult:
 Chrysippus autem neque vires ipsas inter se differre profitetur: neque alia quadā
 45 vi animal irasci, alia cōcupiscere, alia ratiocinari. quare neq; nos ita ipsum propo-
 nere cōuenit, quæadmodū antea diximus, ostendere adhortātes quomodo in eodē
 animantis loco, & irascibilis animæ vis sit, & rationalis, & appetitoria. Itaq; adhor-
 tabimur vel Chrysippū, vel eius sectatorē, vt priorē hac & generaliorē quæstionē
 45 constituat & demonstrat. Hæc autem est, eiusdem facultatis opera existere, ratio-

cinari, irasci cibos, potuq; ac venerem appetere. Nos siquidem quū in alijs ani-
 mantibus euidenter ea distincta esse ostendimus, tum præterea in pueris, qui ra-
 tione minimè vtuntur iracundiæ autè & cōcupiscentijs validissimis tanq̄ ferè inter-
 uiunt. Iam inter nos ipsos qui ratione maximè vtitur, minimè concupiscit, & ira-
 scitur: qui verò irrationali cuiuspiam animæ particulæ obnoxius est, minimè ratio- 5
 ne vtitur. Ad hæc, Medæ, Euripidis & Vlyssis Homerici impræsentiarum habenda est mentio, in quibus utreque animæ partes inter se cōtendebant, inuictes ma-
 nifestò non vnā existere. Vicit autem in prudentiore, pars animæ potior: in in-
 docto & barbaro, deterior. Ac in plerisque hominibus huiusmodi secūdam ani-
 mam eueniunt, ratione nonnunquam cum parte irascibili pugnante, nonnun- 10
 quam cum appetitoria. At Chrysippus vnā cum alijs Stoicis, in animalibus irra-
 tionalibus propè recedit ad dogma, ne appetere quidē ea pronuncians. Ac mihi
 de sermonis impudentia prius dictum est: in pueris autem vtro citroque cauila-
 nantur, non similiter omnes, sed impudentia, & præter id quod apparet pronūciā-
 do, omnes sibi respondent. Dicturus sum de his vberius postea. Pari modo etiam 15
 de animæ affectuum differentia nihil consonat, neque euidentibus, neque illi in-
 ter se conueniunt, neque vnusquisque secum. De quibus omnibus decreui subsequen-
 ti libro quarto tractare. Hic enim tertius haud scio quomodo interruptus
 est propter Stoicorum contentiones, qui volebant, non quæ Chrysippus prodidit,
 sed vniuersis contradicere. Ego verò quæ quidem etiam Chrysippus sen- 20
 sit superfluo à se dicta, ac quæ forsā alicui (vt ipse ait) à grammatisa quodam
 aut anu garrula videntur effutita, satius putavi esse non omnino meminisse. Re-
 liqua autem vniuersa bifariam partita superiori libro, percensui, quæ omnium es-
 rant validissima. Ea verò quæ de animæ vitijs quærentur, hoc tertio commenta-
 tionum libro statui expedire. Hoc itaque (si deus nos seruet) omnino faciemus. 25
 At quia impræsentiarum meminisse omnium decreueramus quæ Chrysippus prio-
 re libro de animæ principatu differens prodidit, tempestiuum deinceps iam fue-
 rit, commemoratis reliqua adiungere. Cohæret itaque talis quidē Chrysippi sen-
 tentia superius commemorata, secūdam quem insuper lationis impetum eius-
 modi omnia dicuntur. Attigi cor tuum sicuti animam, & attingo cor dicimus, 30
 non tanquam nos quidam accesserint, in cerebro & visceribus, & iecore dicentes,
 sed prædictis similiter. Illa enim mihi videntur dici, tanquam aliquis proferat, in-
 teriora tua attingo, maleficio eoque perueniente. Corde autem quemadmodū
 anima vtimur, atque hæc innotescunt scientibus magis, quoniam in his præter
 quòd nihil demonstrat, & idiotas vocat testes, nihil ex propositis concludit. Ve- 35
 rum patibilis & irrationalis animæ pars, non rationalis in corde haberi manifestò
 ostenditur. quapropter neque longius ipsis immorari conuenit, quum similem
 habeant absurditatē ijs quæ iam subinde indicaui. Post præscriptam sententiam,
 alia quædam subsequitur, qua euisceratos, & nullo præditos cerebro exponit, quo
 modo dicantur: de qua abunde supra disputatum est. Ab his huiusmodi quædam 40
 tradit: Tali potissimum impetu videntur mihi irruere etiam qui maiore vlciscē-
 di studio in quosdam feruntur. Item hoc euellere, quo impetu intendentes etiam
 ad reliqua viscera similiter feruntur. Hic rursus Chrysippus, haud noui quomo-
 do, ignorat se diuersum quiddam à proposita consideratione astruere, Nam qui

minitantur quibusdam, ceu oculos ipsorum nonnunquam effodere dicunt: aut cōfringere caput: aut comminuere crura: eodem modo interim cor quoque extrahere dicunt, eodem significatu, quo est occidere. Sed quid hoc ad præsētia pertinet? Nam amputare nonnunquam aures, & nasum, item discerpere frequēter alios minantur homines. Et quædam mulier apud poëtam precando hæc dicit:

Huius ego medium cuperem iecur esse propinqua.

Cur igitur non etiam iecur animæ initiū charissime Chrysippe pronūciamus? præsertim quum Homerum tantum poëtam eius rei testem habeamus: cui iustus erat te fidem adhibere, quàm idiotis. Hic sanè præter alia, adhuc etiam hæc de iocinore prodidit:

Necnon & Tityon Terræ omnipotentis alumnum
Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur, rostróque immanis vultur adunco
15 Immortale iecur tondet, simul intima rodens
Rimatur, nihil hic manibus se vindicat ergo.
Nanque Iouis pulchram Latonam pellicem vbi per
Callichorum ad Pythum transfret, traxit amore.

In his poëta manifestò appetitoriam animæ partem iocinori inesse indicat. Quòd enim, ait, Tityus Latonam constuprare cupierit, ideo vultures iecur ipsius rodunt, tanquam illatæ contumeliæ pœnam in id potissimum reiicientes. Sed hic quidem laudo Chrysippum, quòd sua sponte subticuerit id quod opinionem eius subuertit: in quibus autem vel nihil concludit, vel contra se testes citat, ibi autumo hominem non intelligere rerum consequentiam, ac inter se pugnantiam, quemadmodum in his quæ commemorata subsequuntur hoc modo:

» Et irascentium affectus in thorace oboriri apparent: item amantium. Quapropter etiam concupiscentia in his potissimum locis accidit.

In vnaquaque huiusmodi serie acclamare conuenit, Quid igitur hoc, o Chrysippe, ad vim rationalem, de qua est quæstio? Non enim de irascentibus aut concupiscentibus erat dubitatio, an in thorace & circa thoracem ita habentibus affectiones moueantur, sed an etiam rationalis vis in idem habeatur. Post hæc autem sic scribit:

» Admodum confirmant id quod dicitur, vt aiebam, etiam meditationes in ipsis factæ, tum verborum, tum similium. In quo enim hæc omnia perficiuntur, ibi planè consentaneum est & sermonis explicationem fieri, ac in idem nos dicere, & meditari.

Hæc vera o Chrysippe scribis. In qua enim parte apud nos meditamur, aut cū silentio quoque cogitando percensemus, hæc est rationi dicata: verum cerebrum ne, an cor, considerans pars existat (quod per initia quærebamus) demonstrasse te oportebat, & non priore lemmate sumpto, quod apud omnes in confesso est, putare te aliquid ab eo amplius ad eorum quæ disquiruntur inuentionem habiturum. Nemo enim est, qui non fateatur, in quo consideramus & differimus, in eo principem esse animæ particulam. Sed non hoc erat quod inquiritur, verum an cor hæc sit particula. quod nõ demonstrasti, nisi for-

tē dicas sentiri in corde ratiocinantem. Atqui inter initia totius sermonis hunc
 „ in modum dixisti: Ita locus nos subterfugere videtur, dum neque sensus euidens
 „ apparet, quod in reliquis contigit, neque cōiecturæ sint quibus aliquis hoc possit
 „ colligere: neq; enim couisq; controuersia inter medicos & philosophos processit.
 Hæc locutus Chrysippus, si rursus in eodē libro dicat nos ratiocinationis in cor- 5
 de oborientes percipere, neque suiipsius videbitur meminisse, & contra euidencia
 mentiri, non tamen vir talis, vt non dicat ex sensu quodam singula prædicta in
 corde fieri, se agnoscere. Attamen si non sensu, certè demōstratione aliqua q̄ lu-
 bens audiuerim. Mihi sanè videtur sermone de voce etiā nunc vsus esse, quod ex
 ijs quæ infert, conijcio. nam ab intellectu (inquit) dicere oportet, & apud seipsum 10
 dicere, aut vocē explicare, & corde cogitare, & apud se vocē proferre, & foras emit-
 tere. Etenī cōfessum aliquod capiēs tāq̄ eiusdem particulę sit dicere, & apud se di-
 cere, deinde assumens idē cordis opus esse dicere, ex ambobus cōcludit, in corde
 fieri, vt aliquis apud se dicat. Verum nos superiori libro orationem à Zenone
 propositam, cur vox ex corde æderetur, prauam ostendimus. Quapropter etiā 1
 nunc oratio à Chrysippo proposita, simul cum illa sublata est, abolitāq;. Itaq; se-
 quentem iam inspiciamus. Secundum propria autem ipsius verba, gemitus quo-
 que indè procedunt. Ac gemitus, o Chrysippe, & voces ex thorace quidem & pul-
 mone dicemus emitti, non tamen ex corde: quemadmodū nec voces. demōstra-
 uimus nanq; hæc singula alibi, non simpliciter, nec quemadmodum tu, nulla de- 20
 monstratione adhibita. Ab his versuum multitudinem Chrysippus citat, ex qui-
 bus plurimi secum pugnant, vti antea ostendi. In ijs autem quæ versibus interie-
 cta sunt, q̄uis paucissima existāt, Chrysippus ipse sibi aduersatur: quod subsequē-
 ti libro ostendam, vbi de animi affectibus sermonē instituere decreui. In præsen-
 tia verborum solum ipsius mentionem facturus sum, quæ hunc in modū habent. 25
 „ Poëta paulo in his prolixior, ac superfluous multis astruit & rationalem vim & ira-
 „ scibile hoc in loco cōsistere, congregans in idē ipsas: quēadmodū & faciendū est.
 manifestò enī inibi cōcedit diuersū quiddā ab anima rationali esse, & irascibile,
 & appetitoriā. In corde autem habitare affirmat, quod Aristotelis, nō Stoicorum
 dogma est. deinde præfatus quædam vbi poëta in corde rationem haberi pronun- 30
 „ ciat, ita infert ex consequētibus: Quod verò & appetitoria in idē habeatur, hinc
 „ constat,
 „ Nam nec diua meum, mulier nec amata profusè
 „ Vnquàm sic animum domuit sub pectore.
 „ Postea rursus adducit, Quòd irascibilis facultas inibi habeatur, huiusmodi plura 35
 „ declarant.
 „ Non irā Iuno tenuit sub pectore, at inquit. Et
 „ Atque ira hunc quanuis sapientem adurens.
 In his omnibus Chrysippus fatetur vires quasdam esse animæ, irascibilem, & appeti-
 toriam, à rationali diuersas. sed de his (vt dixi) quarto libro disserā. Reliqua verò 40
 contra Chrysippū volumina prætergressus, hic etiam ipse iam præsentem librum
 finire cogito. A versuum multitudine Chrysippus deinceps de voce, ratione, &
 neruorum principio, quæque his cōiuncta sunt, percensuit, quæ etiā sola in libro
 comprehensa, viro philosopho conueniebant: super quibus nos quoque superiori-
 si libro tractauimus, prætergressi superuacanea loquacitate tractata. Nunc verò 45

hoc in libro, quoniam & hæc visum est apponere, alia quæ præcedunt, sum execu-
 tus, moxque sermonem de Minerua adijciam. Nam quum Chrysippus sentiret
 fabulam de dea, quæ ex Iouis capite creata esse putatur, suis ipsius dogmatis ad-
 uerſari, huiusmodi adfert. Ascribam enim totam ipsius orationem, etsi prolixior
 5 „ sit: Audio sanè quosdam fabulari principem animæ partem in capite contineri:
 „ nam Mineruam, quæ consilium est, & veluti prudētia, ex Iouis capite natam esse,
 „ argumentum ferunt eius quòd principatus animæ indidem consistat. Non enim
 „ alioquin in capite natam esse Metin, quod est consiliū, & prudentiam, nisi prin-
 „ cipatus animæ ibidem consisteret. Tales sanè qui hoc dicunt, probabile quiddam
 10 „ habent: sed meo iudicio aberrant, & ignorant quæ de his memoriæ prodantur,
 „ de quibus nihil mali fuerit copiosius in præsentibus quæstionibus agere. Porrò
 „ affirmant alij simpliciter adeò ex Iouis capite ipsam prouenisse, ne adijciētes qui-
 „ dem narrando, quomodo, aut qua ratione. Hesiodus autem vberius in deorū ge-
 „ nerationibus persequitur: nonnullis in theogonia generationem eius scribētibus
 15 „ primum vt Iupiter cum Metide coierit: deinde cum Themide: nonnullis autem
 „ alibi aliter originem eius tradentibus, vt videlicet contentione inter Iouem & Iu-
 „ nonem orta, Iuno sanè ex se Vulcanum procreauerit, Iupiter autem Mineruam
 „ ex Metide, quã deglutierat. Nam quòd Metis deglutita fuerit, & intra Iouē fue-
 „ rit, vtrisque rationibus Mineruæ generatio existit. Differunt autē in eo, quomo-
 20 „ do ad præsentem sermonem contulerint, vnde tanq̄ reuera tale sit. nam quod cõ-
 „ mune in ipsis habetur, solum præsentibus conducit. Scribitur autem in theogo-
 „ nia ad eum modum:

Prima Iouis coniunx Metis pergnara deorum
 Atque hominum fertur: sed pulchram Pallada quando
 25 Progeniturus erat, astute postea verbis
 Decipiens proprio ventri imponebat eandem.
 Sic ipsi dea consuluit, prauūmque bonūmque: Deinde progressus ita inquit:
 Iuppiter ex cerebro produxit Pallada pulchram,
 Horribilem bello, inuictam, necnon venerandam,
 30 Cui strepitus, pugnae placeant, atque horrida bella.
 „ Nam pectore ipso Metim reposuisse intus manifestò constat, atque ita ipsam
 „ ex capite generasse tradit. Post illa quū plura ipse recēsuisset, eiusmodi subnectit:
 Lite hac Vulcanum Iuno clarum artibus inter
 Diuos absque Iouis coitu, verum ille venustam
 35 Tethyda & Oceanum sine Iunonis generauit. Et
 Decipiens Metim versutam quamlibet, idem
 Comprensam manibus proprii iniiciebat in inum
 Ventris, subueritus aliud ne fulmine gignat
 Fortius: hanc ideo Saturnius æthere sistens
 40 Protinus absorpsit, concepit at illa Mineruam. Et
 Quam ex capitis peperit hominum pater atque deorum
 Vertice, apud ripas fluuij, sed Palladis ipsa
 Facta parens Metis Iouis indita viscera subter
 Iustitiæ moderatrix, necnon gnara deorum
 45 Atque hominum tunc lecta Themis dea ab omnibus

Cælestes qui habitant, scuto Iouis Aegide facto
Pallada progenuit arma intus bellica habentem.

» Hæc præfatus Chrysippus, deinde continuato sermone hæc prodit. Quæ igitur
» de Minerua dicuntur, huiusmodi sunt, quæ alterius cuiusdã argumẽti signifi-
» cationẽ præbêt. Primũ enim Metis dicitur, tãq̃ prudẽtia quẽdã, & rerũ vitẽ neces- 5
» sariarũ ars, qua artes deglutire oportet, & reponere: qua ratione etiã dicta nõnul-
» los deuorare dicimus. At propter deglutitionẽ cõsentaneẽ dicuntur ea in vetricu-
» lũ quoq; reponi. Postea deglutitã eiufmodi artẽ parere in se persimilẽ matri pari-
» enti, ratio est. Ad hæc, ea quæ sciẽtifici apud sese pariunt, quomodo autẽ egrediã-
» tur, & per quod, considerare licet. Constat enim q̃ ratione per os iuxta caput ex 10
» equo efferãtur, ita capite nũcupato, quomodo ouis caput dicitur, & capita nõnul-
» lis adimũt: qua ratione proficiscẽs quoq; ex vertice nasci dicitur, quũ plures hu-
» iusmodi immutationes signi ratione fiãt, ac citra historiã hanc ab eo solum quod
» hæc ex capite nata sit, persimilia quis dixerit. nõ enĩ in capite ipsam generari di-
» cit, nisi quidã peruertentes immutantẽsq; sermonẽ, egredi hic natã aliter dicant. 15
» Quare potius & hoc signũ alterius est, vt dixi. nam artificia quæ in ipsis nascuntur
» ex capite potissimum prodeuntia, prædictum sermonem declarant. Hæc Chry-
» sippi oratio est. Quoniam verò admodũ longa est, eoque forsan nonnulli nõ ex-
» actẽ totam ipsius mentem intelligunt, ego breuiter explicare conabor, quæ sibi
» velit. Non pugnat mecũ (inquit) fabula quæ Mineruã prudentiã existentẽ ex Io- 20
» uis capite prognatã esse refert. non enim hoc ipsum in ea solum dictum est, sed
» q̃ Iupiter deglutita Mẽtide, & veluti pregnans ex ea factus, generatam in se puel-
» lam ex capite peperit. Dictam autẽ sic esse fabulam inquit, quandoquidem artes
» vniuersas in corde consistentes, propter rationẽ sermones nonnulli in lucem ela-
» ti per caput exeunt. Est enim os, capitis quoque particula. Quippe non pilosa 25
» duntaxat portio, sed totum etiã quod post ceruicem superne habetur, caput no-
» minatur, quo significatu cuiuspiam caput amputari dicimus. At si non ex ore Io-
» uis, sed ex vertice Mineruam prodijisse fabulatus est, nihil absurdi dicunt esse, quũ
» plures huiusmodi immutationes symboli ratione fiant. In his orationibus Chry-
» sippus reliqua sanẽ probabiliter simul & idustriẽ fabulã exponit, Stoico dogma- 30
» ti ipsam accommodans. Continuum verò seriem, & totius sermonis summam,
» pro qua æquum erat contendere potissimum, breuiter prætercurrit, sicut in prio-
» ribus factitauit, exponens quod vulgus dicit alios non habere; alios habere cere-
» brum. Vt enim illic id quod queritur, percurrit obiter, in accessorijs, & ad rem nõ
» spectantibus diutissime immoratus: ita hic quoque ipsam sermonis summã bre- 35
» uiter attigit, contentus dicere, ideo Mineruam ex vertice, non ex ore fuisse pro-
» creatam, quod plures huiusmodi immutationes symboli ratione fiant. Conue-
» niebat autem ipsum aut non omnino attigisse fabulam, quæ nihil homini philo-
» sopho ad dogmatis demonstrationem necessarium continet: aut si attingeret,
» quod maxime ad controuersiam pertineret, exactẽ totam explicasse, & si plu- 40
» ribus verbis opus esset, non detrectare multa ascribere. nam si quis (vt arbitror)
» & huiusmodi aliter volet interpretari, multas epichirematum occasiones ex
» ijs quæ in confectionibus apparent, poterit desumere, super quibus iterum pleni-
» us tractare erit necessarium, vbi de animalis spiritu verba fecero. Cõpendiosẽ etiã
» in præsentia ipsa duntaxat capita illorum quæ demonstraturus sum, perstringã. 45

Quemadmodum enim ipsum cordis corpus sua virtute eleuatū & contractū vi-
 cissim, materias & attrahit & expellit, rursus pari modo cerebrū vbi statuerit spi-
 ritum in ventriculis ipsius contentum, quem sanè animale quoq; nominamus,
 particulæ cuiuspiam transmittere, motu ad id idoneo incitatum, ita distribuit. hūc
 5 autem spiritum, qui in ventriculis ipsius est, fortasse quidem paucum etiam venē
 ad ipsos pertinentes generant: copiosissimum verò & principalissimum arteriæ
 plexum reticularem (qui ad cerebri basim est) perreptantes, suppeditant: quæ à
 corde sursum feruntur. Quare si quis fabulam veris, volet connectere, in partibus
 inferioribus prudentiam conceptam, (hoc est spiritum animale) in capite na-
 10 tura perfici, præsertim in vertice, quoniam in hoc, medius & principalissimus ce-
 rebri sinus habetur, Ego itaque, sicut Plato ipse dixit, eiusmodi omnia fabulamen-
 ta, alijs quidem grata puto, sed viri esse admodum difficilis, laboriosi, & non ita
 felicitis in alia sanè re vlla, quoniam autem ipsi necesse est, Hippocentaurorum spe-
 ciem corrigere, & rursus Chimæaræ, etiam affluet turba huiusmodi Gorgonum
 15 Pegasorum & aliarum fatuitatum copia, absurdiorēsque sermones quarundam
 naturarum, quibus si quis fidem derogans, vt par est, vnumquodq; producit, tra-
 ctatq; tanq̄ indocta quadam sapientia vtens, multum ipse otij requiret. Hac ora-
 tione perlecta conueniebat Chrysippum à fabulis recessisse, & non tempus con-
 terere, opiniones ipsarum exponendo. Si enim huc semel aliquis deuenit, innu-
 20 merabilis fabulamentorum copia affluet. quapropter totam perdet vitam, si quis
 omnia persequatur. Satius autem erat opinor hominem veritatis omnino cupi-
 dum, non quid poëtæ dicant, considerare: sed scientificarū sumptionum, de quib-
 bus secundo libro tractaui, inuentionis via percepta, deinceps in ea se experiri,
 ac exercitare: vbi verò abūde iam se exercuerit, tunc ad singula problemata per-
 25 uenientem, considerare quænam sumptionum ad demonstrationes ipsorum ex
 sensu simplici petantur, quæ verò ab experientia aut vitæ, aut eius quæ in artibus
 est, quæ rursus ex eidentibus sensu, capientem, concludere iam ex ipsis id quod
 propositum est, oportet. Si hanc viam Chrysippus ingressus, omisisset fabulas, e-
 tymologias, reclamationes, declinationēsque capitis, manuum motus, labrorum
 30 figuras, poëtarum testimonia, vnà cum mulieribus, & alijs idiotis, ipse nimirum
 inuenisset, & nobis tempus non periisset, dum ostendimus ei, neque in quibus ci-
 tat testimonia, neque in his quicquam se amplius habere. Siquidem poëtæ plu-
 rima contra ipsius dogmata dicunt, & fabulæ, & idiotæ, & alij singuli quos vt si-
 bi attestantes priori libro de anima produxit. Hęc sunt quę ego reliqueram ex
 35 libro superiori, quæ Chrysippus in tractatu de animæ principatu tradiderat, pu-
 tans, etsi ille non reuereatur eis superfluè immorari, mihi certè conuenire, vt ab
 huiusmodi garrulitate recederem. At quia (vt dixi) visum est quibusdam fami-
 liaribus honoris studio commotis, huiusmodi orationum mentionem vt face-
 rem: illis gratificans, hunc quoque librum scripsi, ita vt quatenus mihi fieri li-
 40 cuit, superfluè à Chrysippo dicta, breuiter transcurrerē, & non pauca vtilia huic
 operi præferer.

FINIS TERTII LIBRI.

CLAVDII GALENI PER-

GAMENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS
PLACITIS LIBER QVARTVS,

IOANNE GVINTERIO ANDERNACO INTERPRETE.



Quod disputatio nostra longius producta sit, non ego ac- 5
cusandus venio: sed ij qui libros à se cōscriptos prauis re-
pleuerunt epichirematis. Hæc si quis omnia prætereat,
forſan in ſuſpicionem veniet, non poſſe ea diſſoluere po-
tius q̄ breuitatem velle amplecti. Si verò ordine omnia
coarguat, periculum eſt ne in eam incidat prolixitatem, 10
vt nūq̄ finem huic operi imponat: quæ duo crimina quū
ego quōq; deuitare cuperem, inueniſſe mihi videor me-

diam quandā & mediocrem viam equè diſtantiā à defectiua breuitate, & ſuper-
uacanea prolixitate. Omiſſis enim omnibus alijs Stoicis, quæ Chryſippus ad pla-
citum de gubernantibus nos facultatibus aſſerendum prodidit, hæc ego cenſui, 15
vbi prius notiora omnibus reddidiſſem, cum Hippocraticis & Platoniciſ conſe-
renda. Porrò quum permulta epichiremata literis mandauerit, de eo q̄ animi af-
fectus in thoracis regionibus conſiſtant: item q̄ rationalis vis indidē habeatur, ne
vna quidem demōſtratione adhibita, ſed hoc ſemper lemmate ex prōptu citato,
vbi animi affectus cōſiſtūt, inibi etiā intellectus eſt: produxi ſanè aduerſus ipſum 20
iam antea quoq; non pauca, quod reliquū eſt, etiā in præſentia perſequar. Si igi-
tur ſemper eadē de eiſdem tradidiſſet, nec ipſe ſecū diſſenſiſſet plurimis in dogma-
tis tergiuerſans, neutiq̄ ego ſermonē cōtradicens lōgius produxiſſem. Quoniā
verò aliās alia de eiſdem ſcribere deprehēditur, nō amplius facile eſt neq; viri ſen-
tentiā interpretari, neq; quomodo erret, oſtendere. Quū itaq; libro priore de ani- 25
ma, virtutes corpus noſtrū regentes ſecundū Platonis ſententiā explicaiſſet, ratio-
nalē quidē in capite eſſe collocatā, iraciſibile in corde, appetitricē circa umbilicū,
in ſubſequētibus ad cor tres reducere conatur. Habēt autem verba ipſius ad hūc
modū: Poëta in hiſce redundans, multis affirmat conſtituitq; vim rationalē & iraci-
ſcibilem in hoc eſſe loco, coniungens eodē etiam appetitoriam, quemadmodum 30
quoq; faciundum erat. deinde ita inferens, ait: Quòd enim rationalis facultas ini-
bi conſiſtat, ex hiſ quæ ſequuntur, conſtat:

- Verum hæc mens & conſilium ſub pectore, conſtat. Et
Aſt animum nunquam deflexit pectore verbis.
Deinde ruruſ pluribus appoſitis verſibus inquit, Quòd & appetitoria vis ibidem 35
habeatur, ex hiſ liquet:
Nam nec diua meum, mulier nec amata profuſe
Vnquam ſic animum domuit ſub pectore.
Iterum paulo poſt, Quòd etiam iraciſibilis eundem locum occupet, eiufmodi
multa declarant: 40
Pectore non iram Iuno ſuppreſſit, at inquit. Item
Atque ira inuaſit ſapientem quamlibet vrens,

*ubi animi affectus. ubi est
intellectus.*

Dulcior & multo quàm mel quod defluit, instar
Fumi in pectoribus conscendit protinus imis.

Quibus verbis evidentissime ac manifestissime indicās quàm ipse similiter Hip-
pocrati & Platoni opinatus sit, facultates animi alias esse præter rationem, nempe
5 appetitoriam & irascibilem, ac in altero solum hoc ab ipsis discrepās, puta quòd
in corde omnem esse affirmet, quæ Aristotelis erat opinio, non in tribus visceri-
bus, cerebro, iocinore, & corde: imò etiam facultatum opera & affectus, versibus
quemadmodum scripsit, abunde ostendit, hoc pacto:

Non effusus amor mihi diuæ aut fœminæ adegit

10 Sic animum.

Hoc pacto amor appetitoria facultatis affectus fuerit. Quum autem inquit:
Non iram Iuno suppressit corde, sed inquit:

Sic ira animosæ facultatis erit. Refert autem in præsentia nihil, siue opera facul-
tatum, siue affectus, eiusmodi omnia dicantur. Postea enim de ipsis accurate cõ-

15 siderabimus. Chrysippus priore de anima libro, non solummodo non refragatur,
nullam esse animi facultatem, aut appetitoriam, aut irascibilem, sed etiam affe-
ctus ipsarum edocet, & vnum corporis locum attribuit. Omnia verò quæ de affe-
ctibus tractantur, item tria quibus rationales de ipsis quæstiones considerantur,
ad hæc medendi rationem, quam etiam moralem nonnulli incribunt, non item

20 similiter cognoscere deprehenditur: verum alia tanquam in vtranq; partem de-
clinans conscribit: alia ceu ne vnam quidem animæ facultatem esse, neq; appeti-
toriam, neq; irascibilem autumans. Etenim in affectus definitionum expositio-
ne ostendit facultatem quandam irrationalem in anima affectuum causam exi-
stere, vt paulo posterior indicabo, verba ipsius interpretatus. In subsequenti-
bus

25 vbi quærit vtrum affectus iudicijs superueniant, palàm à Platonis opinione rece-
dit, qui ne utiquam in eius quod proponitur, diuisione, huius quoq; meminisse di-
gnatus est, etsi hoc primum statim aliquis possit ipsi obijcere, præterq; quòd in di-
uisione parū absoluta deliquerit. Siquidem affectus, exempli gratia amor, vel iu-
dicium quoddam est, vel iudicio accidens, aut motus extra vim appetitoriam

30 elatus: sic etiam ira, vel iudiciū, vel affectus quidam irrationalis hanc subsequens,
aut motus vehemens facultatis irascibilis. At hic, quum neq; eo modo proble-
ma posset trifariam partiri, aggreditur rationem ostendere, melius esse vt iudicia
ipsa putentur, & non iudiciorum quædam accidentia: oblitus quæ ipse priore de
anima libro prodidit, nempe amorem appetitoria esse facultatis: iram, irascibi-

35 lis: quemadmodum rursus in his oblitus eorum simul quæ ipse conscripsit, & ad-
uersus veterum dogma contradicere non est dignatus. Pari modo in generalium
affectuum definitionibus quas priores exposuit, tandem à sententia ipsorum re-
cedit, tristitiam definiens recētem mali præsentis opinionem: metum, expecta-
tionem: voluptatem, recētem boni præsentis opinionem. Manifestò enim in his

40 rationalis animæ duntaxat meminit, relicta appetitoria & irascibili: quoniã opi-
nionem, expectationemq; in rationali sola consistere autumat: in cupiditatis ve-
rò finitione, quam appetitum irrationalem esse pronunciat, attingit sanè aliquo
modo, quantum ad dictionem irrationalis animæ facultatis attinet: desciicit au-
tem & hic in ipsius expositione. Siquidem appetitus etiam quem in finitione as-

45 sumpsérat, virtutis rationalis existit. Definit itaque ipsum rationalem impetum

ad aliquid, quatenus licet, iucundum. In his autem definitionibus impetus, opiniones, & iudicia, affectus esse autumat: in quibusdam verò subsequenter Epicuro & Zenoni magis quam suis ipsius dogmatis consentanea scribit. nam tristitiam definiens, imminutionem esse ait propter rem quæ fugienda videtur: voluptatem elationem propter rem quæ eligenda putatur. siquidem submissiones, elationes, 5 contractiones & diffusiones (horum enim interdum meminit) irrationalis facultatis affectus sunt, opinionibus superuenientes. At huiusmodi quandam affectuum substantiam Epicurus & Zeno, non ipse existimat. quod etiam admirari mihi subit de viro qui non accurate in rationalis simul & exactæ doctrinæ professione se gerat. Etenim non eadem hæc solum ipse sibi repugnantia manifestò adfert: verum etiam ubi de affectus definitionibus scribens, irrationalem & præter naturam animæ motum eundem pronunciet: impetum quoque redundantem: deinde ratiocinale exponens, id quod sine ratione & iudicio est, dictum affirmat: superantis autem impetus exemplum, currentes vehementer assumit. Hæc nanque ambo pugnant cum eo quòd affectus sint iudicia. Sciemus autem 15 clarius ubi ipsa authoris verba apposuerimus. Habent autem altera in hunc modum: Primum considerandum est, animal rationale natura rationem sequi, ac secundum rationem tanquam ducem, actiuum. Sæpe verò etiam aliter ad quædam fertur, & à quibusdam rationi inobediens longius propellitur: quem latioris modum utraque definitio, & motus præter naturam, qui tam irrationaliter 20 accidit, & in impetu abundantia obtinet. nam irrationale hoc sumendum est rationi immorigerum, & ab ea auersum. qua latiorne etiam per consuetudinem aliquæ propelli dicimus, & irrationabiliter sine rationis iudicio ferri, veluti si errabunde feratur, ac prætergressus aliquid secundum rationem, id significamus, verum præcipue quo impetui subscribit, assentiturque, quum rationale animal non ita secundum animam moueri, sed secundum rationem consuevit. Itaque altera Chryssippi oratio priorem affectus definitionem exponens hic definit. Reliqua ubi alteram definitionem interpretatur, post hanc primo de affectibus libro conscripta, iam tibi apponetur: Hoc modo etiam exuperantia impetus dicta est, eo quòd per se & naturalis impetus commoderatio excellat. fiet 30 autem quod dicitur, per hæc manifestius, veluti in eundo iuxta animi impetum non excellit crurum motus, sed aliquid impetus secundum appetentiam simul efficit, ut & sistat quum velit, & mutetur: in currentibus autem iuxta animi arbitrium non sanè huiusmodi fit, sed crurum motus præter animi impetum redundat, ut efferantur, & non obsequenter mutant tam subito incepta. 35 quibus puto etiam aliquid persimile in animi impetibus fieri, eo quòd rationalem excedant modum, ut quum appetunt, non ei sint morigeri: in cursu quidem redundantia modum excedant, quæ præter impetum dicitur: in impetu autem, præter rationem. nam naturalis appetentia modus est rationalis, atque eousque & catenus ipse censet. quare etiam excessus qui in hoc atque ita 40 fit, & redundans impetus, præterque naturam, & irrationalis animæ motus esse dicitur. Hæc sanè Chryssippi verba sunt. Inspiciamus autem accuratius utranque ipsorum seriem, à priore exorsæ, qua exponit quomodo affectus dictus sit irrationalis, & præter naturam animi motus. Quum enim sciisset duo voce (irrationalis) significari, quorum alterum duntaxat in definitione vult indi-

cari. nempe sine iudicio recte factitavit, qui ne vnā quidem ambiguitatem re-
 liquerit, sed ipse ostenderit quod iuxta affectum impetum animi, irrationalem
 esse pronunciat, quatenus à ratione sit auersus, & eidem repugnet, sinēq; iudicio
 accidat. Hoc igitur dicto, quo à ratione esse auersum protulit irrationalem iuxta
 5 affectionem motum, ab inanimis irrationalibusq; animalibus segregauit. Moue-
 tur siquidem & lapis & lignum interdum, aliāq; singula inanimata, sed non vt à
 ratione auersa, neque vt eidem immorigera. Cuius enim neutiūquam interest vt
 obtemperet sequaturq; rationem, hoc quomodo repugnare aut auerti vnquam
 à ratione poterit? sed omnino non vti ratione meritò dicetur: auersum autem
 10 esse, & non obsequi id dicetur, quod naturam quidem habet sequendi obtempe-
 randiq; sed interim præter sui naturam alio modo fertur. Hinc sanè monstratur,
 neque inanimato cuidam, neq; irrationali animanti affectum innasce animalem.
 Quum autem scribit sine ratione & iudicio affectionis motum fieri, deinde cō-
 iungens iterum dicit, tanquam si errabunde feratur, & prætergressus aliquid se-
 15 cundum rationem, & auersus & immorigerus ei, affectus ab erroribus distinguit,
 idq; perdecenter. Etenim errores praua sunt iudicia, & ratio veritatem e mentita,
 & errori implicita. Affectus contrā, nullū quidem erratum, neq; prætermis-
 sum in ratiocinatione, sed est animi motus rationi inobediens. Nam qui vt patriam ser-
 uet, liberorum vitam cōtemnit, vel alijs iugulandos tradit, vel iugulari sustinet,
 20 honesti imaginatione hoc facit, & ratiocinatione quadam vsus. Medea autem
 econtrario non solum à nullo persuasa est ratiocinatione, vt filios interimeret:
 sed etiam contrā in totum (quantū ad ratiocinationem attinet) scire se ait cuius
 modi factura sit mala: verum iracundiam consilijs esse potentio-rem, hoc est, non
 subijci & obtemperare & obsequi rationi tãquam dominæ cuidam affectum, sed
 25 dissidere & recedere, & auersari mandatum, ceu alterius cuiusdam opus aut affe-
 ctus virtutis existat, nō ratiocinatricis. Quomodo enim vel non obtēperare sibi
 ipsi aliquid possit, vel à seipso auerti, aut non seipsum sequi? Hæc igitur omnia
 præterq̄ quod nihil accusatione dignum habeant, præterea etiam tum vere, tum
 distincte, tum iuxta Platonis sententiam sunt pronuntiata: consimiliter etiam
 30 ea quæ in expositione secundi definitionū libri ab ipso sunt perscripta, qua me-
 minit itidem celeriter currētium, qui ne si sistere quidem velint, statim id possint
 facere. Clare enim & hic alia vis præter rationem ostenditur, à qua affectiones ab-
 soluuntur. Cognoscemus id euidentius, si causam inuenerimus, vnde fit vt non
 subito multi currentium possint consistere. Porrò inueniemus eam inde, quod
 35 non omnibus ita eueniat, sed qui per planam quandam aut decliuem feruntur
 viam. etenim eorum qui per accliuia currunt loca, nulli hoc euenit. statim nanq;
 consistunt vbi voluerint, tanquam mole corporis ipsos, non vi deorsum ferente,
 quemadmodum illos rapiebat. Quippe composita inest ipsorum lationis causa:
 vna tanquam animalium, quæ animæ impetu mouentur, altera tanquam inani-
 40 matorum corporum, quæ pondere inclinant. ita nanq; & lapides subinde è mon-
 tibus deferuntur, consistere interea impotentes, priusquam ad locum aliquē pla-
 num aut cauum peruenerint. Quapropter etiam in hoc exemplo virtus altera
 præter ratiocinationem ostenditur, natura irrationalis, cuiusmodi est in anima-
 lium corporibus grauitas. Quod autem eius causa quum velint non possunt cō-
 45 sistere, non solum ex accliuum decliuumq; locorum differentia licet condiscere

re: sed etiam ex differenti in ipsis planis regionibus motu. Etenim qui retrorsum corporis inclinationem inter currendum molitur, sistendi potens est, & sui iuris. Qui vero in anteriorem partem, ab illa impeditur: eoque hoc sic omnes spectant ab ipsa rei natura edocti, corporis inclinationem in anteriora celeritati motus conferre. Quemadmodum igitur, exempli gratia, præclare Chrysippe ijs qui nihil à corporis pondere ad motus celeritatem iuuantur, in promptu est ut sistat: illis vero, qui ex duplici causa celeritatem generant, non amplius voluntas satis est: eodem modo in animi impetu, quum ratiocinatio sola causam habuerit, promptum est propter ipsam cessare impetum: vbi vero aut iracundia, aut cupiditas quaedam ei accesserit, vires irrationales, & corporis grauitati persimiles statim quidem neququam posse consistere. sed temporis spatium forte hoc quoque fiet, quemadmodum in currētibus. Fortè autem orationi appolui, propter particularium causarum, ac eorum quæ impetum mouent, vim inæqualē. Quandoquidem enim & ratiocinatio ipsum mouet, & cupiditas, & iracundia: si quidem ab vno ipsorum constituatur alijs quiescentibus, ab illo solo regitur. quare si à ratione fiat, & compescere ipsum, & rursus excitare sola voluntate licet: sin ab iracundia quadam & cupiditate, quum illa cessauerint: sin ab vtriusque operantibus fiat, ratione simul, & irrationali quadam facultate. ratione quidem renitente, valentius præcellet: simul autem concurrēte, nunquā cessabit. Dico autem simul concurrere affectui rationem, quum quæ ille facit, etiam ratio opinatur: quemadmodum in intemperantibus & proteruis (qui autumant bonum esse maximum, delectabilium fruitionem) ratio in anima ipsorum cupiditatem vtrò sequitur. At reniti ac repugnare affectui rationē dico, quum homo non opinatur propositæ voluptatis fruitionem honestum aut bonum esse, trahitur autem quodammodo ad eam propter valentem appetitoria virtutis motum. Verum si ratio superauerit, talis homo, tum sui, tum suorum affectuum continens & est, & dicitur. Sin autem cupiditas, contrariā huic appellationem sortitus, incontinens nominatur. Quum vero à ratione sola ad suauium usum ducitur, talis temperans vocatur, hoc consilio ea deligens, non ut fruatur, sed ut iuuetur: quemadmodum etiam proteruis, qui à sola cupiditate ducitur, ratione tanquam famulo quodam ipsam subsequente. Eiusmodi causarum impetus animi excitantiū complexui attestatur etiā Chrysippi exemplum. Etenim aduersus accliuē currentes, sola vi rationali ducuntur. Qui autem inuiti ad præcipitium feruntur, irrationali, quam sanè corporis pondus esse diximus: in decliuē currentes, vtriusque. Pari modo qui in plano currunt, si prorsum tendant. nam si retrorsum renitantur, current quidem alijs minus, sed vbi voluerint, sistuntur. Quare nihil Chrysippus, vsque ad definitionum expositionem, veteribus contrarium pronunciauit. Quum autem deinceps inspicit, iudiciā ne quaedam, an quæ iudicia sequantur, affectus esse putandum sit: vtrobiq; à veteribus recedit. sed multo magis, quod deterius existimet. Etenim Zenoni in hoc, & sibi, & multis alijs Stoicis repugnat, qui non iudicia ipsa animi, sed etiam irrationales propter hæc contractiones, submissiones, ostensiones, illationes, & diffusiones, animi affectus esse existimant. Verum Posidonius ab vtraque opinione recessit, ut qui neque iudicia, neque iudicij superuenientia affectus esse, sed hos ab irascibili & appetitoria facultate fieri autumet, veterem sermonem ex toto secutus. ac Chrysippi sectatores subinde in commentario suo de affectibus inter-

hæc rationes, et inuentiones

Temperans

rogat, quæ superantis impetus sit occasio, quum ratio præter ipsius tum ope-
 ra, tum modum nequeat excellere. quapropter constat aliam quandam irratio-
 nalem vim causam existere, cur animi impetus præter rationis modum redūdet:
 quemadmodum grauitatem corporis causam esse rationis expertem, ob quam
 5 cursus supra arbitrij mensuram abundet. Sed mirum hoc non est, si Chrysippus
 multis dicat contraria: quemadmodum neq; quòd à veritate aberrauerit. condo-
 nandum enim est ei, quum homo sit, & iuuenile quiddam peccet. Verum quòd ne-
 q; aggressus sit omnino ea quæ veteribus dicta sunt, dissoluere, & secum ipse re-
 pugnet, dum nunc sine ratione & iudicio affectus fieri arbitratur: nunc non solū
 10 iudicia subsequi affirmat, sed id ipsum esse iudicia. siquidem neutiquam attinge-
 re iudicium, maxime nimirum contrarium est ei, quòd affectus sit iudicium: nisi
 per Iouem succurrens ei aliquis, affirmet plura iudicij nomen significare, & in de-
 finitionis expositione veluti circumspectionem, dictum esse iudicium, vt sit idem
 sine iudicio, & sine circumspectione. Vbi verò iudicia esse affectus dicit, & impe-
 15 tus & submissiones nominari iudicia. At si quis hoc receperit, redundans submis-
 sio erit affectus. Rursusq; Posidonius causam dicet, in qua superfluus est, præter
 quod etiam maximum peccatum in disciplina cum Chrysippo commiserit. Si
 enim in hoc ipso caput dogmatis est, vt æquiocationem distinguat, ostendatq;
 quo in significato sine iudicio affectus fiant, in quo autem iudicia fiant: quod
 20 quum ne in vno quidem libro ex quatuor quos scripsit de affectibus, factitauerit,
 quomodo non quis eum iure accusauerit? Forsan enim ne summam quidem di-
 cendi breuitatem aliquis æmulatus, recte tam necessaria prætergrederetur: multo
 itaq; magis, quum longissime sermones protēdit, quemadmodum Chrysippus,
 sed de his etiam paulo posterius cōsiderabimus. De eo autem quod nihili faciat,
 25 si ipse sibi contradicat, quum infinita adhuc possem adferre, quæ forsā etiā post-
 ea plus nactus otij in vnum conferam commentarium omnia, nunc omissis alijs
 eorum duntaxat quæ proprie ad institutum præsens pertinent, cōminiscar. Itaq;
 cupiditatem quum primo de affectibus definiuisset appetitum irrationalem,
 ipsum rursus appetitum sexto generalium definitionum libro, appetentiam seu
 30 impetum rationalem ad aliquid esse pronunciat, quantum conuenit, ei iucun-
 dum. Hoc modo ipsam definit etiam in libris de animi impetu, vt cupiditatis
 definitio aperta & explicata talis fiat: Cupiditas est impetus rationalis ad aliquid
quantum conuenit ei iucundum, rationis expertis. Verum quòd in diuersis vel li-
 bris, vel librorum locis contradictionem non percipiat, minus graue est. Quum
 35 autem in eisdem quæ loquitur aliquis, contraria, & omnino repugnantia conne-
 ctat, disciplinā in eo & confundit, & perturbat, magnāq; dubitationem ijs qui
 illa conantur exquirere, exhibet: veluti si quis etiam in eum modum dicat: descē-
 dit sursum, & disputauit cum lapide: & nauigans per mediam petram, ascendit
 in profundum stagni. Siue enim tanquam qui non descenderit deprehendas, di-
 40 cens eum sursum mansisse, quum descendisset: idem hoc nimirum & ipse referet
 se in oratione dixisse, dum apposuerit sursum: siue tanquam cum nullo disse-
 ruisset, atq; hoc dictum esse affirmabit. Nam idem esse cū lapide differere, quod
 ne cum lapide quidem. nam cum lapide nemo differit. Aliāq; ita omnia sophisti-
 ce corrigere poterit aliquis. quare per initia statim oportet huiusmodi oratio-
 45 num speciem repudiare, in qua conuenit auditores non quæ consueto modo

à singulis nominibus significantur, sed alia quædã intelligere. Tale siquidem ali-
 quid etiam Chrysippus cèlebit, quum sanè sine iudicio animi affectus aliquis di-
 cat fieri, inaudire nos volens, quòd cum iudicio fiant, & iudicia sint. quum autē
 sine ratione fieri dicat, & irracionales, censens nos intelligere, neq; irracionales es- 5
 se, neq; in irrationali quadam facultate animi, sed in ratiocinante, & rationabiles
 existere etenim iudicare, huius opus esse. quū autē inobsequiose & auersè à rati-
 one fieri dicat aliquis, volēs nos ne vnã quidē aliam in anima facultatē inquirere,
 qua mota, inobedienter rationi affectus fiant. nihil siquidē esse huiusmodi quan-
 dam vim, vt nonnulli philosophorū autumāt, appetitoriam & irascibilem appel- 10
 lantes. totū nanq; esse quod hominibus dominetur, rationem. Si enim in proble-
 ma aliquis memoriter enumeret, cōmēteturq; præstat etiam huic distinctis cla-
 risque vti nominibus: nihilo minus tamen erroribus ipsius condonabitur. At
 si quis scientificum opus & rationale pollicitus scribere, inobedientem rationi
 motū quendam nominet, velle autem nos inaudire ipsum rationalem: aut auer- 15
 sum quidem esse à ratione, esse tamen nihil aliud quàm rationem, ipsumq; iudi-
 cium: haud noui, si non maxima accusatione homo ille dignus sit, dum non cō-
 cedit de eodem dici græce ἀισχύνηδου & ἀιδέδου, quod est, pudere & reuereri, neq;
 ἡδέδου ἢ χαίραμ, hoc est, delectari & gaudere: sed qui exquisite omnia etiam vsq; ad 20
 nomina disquirere censet, idem in commentarijs, quod paulo antea non ex rati-
 one & iudicio dixit fieri, progressus, in ratione & iudicio inquit consistere: quum
 liceat omnes inopportunas huiusmodi, & præter consuetudinem græcorum re-
 fertas æquiuationes fugere, & accurate articulatēq; sermonem tū græcis, tum
 manifestis nominibus illustrare. nam irracionale perinde vt mutū & collo caren- 25
 tem bifariam omnes homines dicunt, ac tertium nullum est in eis significatū in-
 penire, neq; apud græcos huius tēpestatis, neq; apud veteres, si quid ex libris ipso-
 rum conijciendum est. Porrò mutū & collo carentem, quod græci dicūt ἀφωνον &
 ἀτράχηλον (cogit enim nos Chrysippica interpretatio hæc quoq; verba exponere)
 appellant quodãmodo partim (vt opinor) vocis aut colli priuatione, partim vi- 30
 tio. Si enim dicat aliquis pisces mutos esse, aut stirpes, eò q̄ omnino vocē non ha-
 beant, ita nuncupat. Si verò mutū citharædū dicas, aut præconem: vitiū aliquod
 vocis hominis ostenditur. Vel enim exigua voce præditū, aut aspera, aut obscura,
 aut huiusmodi aliud quippiã ipsam esse dicis, nō tamē omnino voce esse destitu-
 tū. Simili ratione etiã collo priuatos quosdã homines nominant, græco nomine 35
 ἀτραχίλλος, nō, per Iouem, quemadmodū pisces priuatos dixerit aliquis, eò q̄ neu-
 tiquam ipsis insit collū (nemo enim hoc pacto homo atrachelus fuerit, vt in totū
 collo careat) sed quòd exiguū habent collum, nonnulli sic appellantur. ac manēt
 etiã hic persimiles duo significatus, quemadmodū in dictione (mutus). Ita verò
 etiam græce ἄπους, ἄσκηλος, ἀκόλιος, ἄπλευρος, ἄχειρ, quæ signant sine pede, sine crure,
 sine ventre, sine latere, sine manu, atque omnia eiusmodi, nonnunq̄ dictione(a) 40
 significatū cuiusque nominis cui præponitur, tollente, interim nō tollente. Ita in-
 uenio etiã irracionale nomen apud veteres omnes dictū esse, itē ab huius seculi ho-
 minibus dici. Quū etenim vel piscem aliquis vel cancrū irracionalem esse dicit,
 omnino tollit significatū ex voce (irrationalis). Quum verò huiusmodi aliquid
 quod de eo dicitur inculantes vocitent irracionale, nō ceu nullius rationis com- 45
 pos, sed veluti culpandum, prauēque affectū sic vocitant. Aliud verò tertiū, vel

etiã, per Iouem, quartũ, vt hi vi cogunt & detorquent significatũ, non est in græcorũ consuetudine, quod interpretari vocẽ promittunt. Innuat hoc quoque ipse Chrysippus his verbis: Quare etiam non abs re dicitur à quibusdã, animi affectũ motũ esse præter naturã, vt in metu habet, cupiditate, & similibus. Omnes enim huiusmodi motus & constitutiones immorigeræ sunt rationi, & auersæ: quapropter & irrationabiliter dicimus, tales ferri, nõ veluti male in ratiocinãdo sic aliquis dixerit, in eo quod secus habeat, quàm bona ratio exigat, verũ secundum rationis auersionẽ. Manifestò his Chrysippus indicat duo significata dictionis (irrationalis) quæ etiam vere apud græcos habentur: alterum quo bona ratio contraria est: alterum quo nihil rationis participat. Proinde quod bonæ rationi opponitur, peccatum est, & iudicium prauum. alterũ quod sine omni ratione fit, est secundũ affectum impetus, motũsq;. Quòd si plura essent significata nominis (irrationale) non detrectaret utiq; de illis verba facere, ostendens quòd in vno quidẽ ipsorum irrationalis dictus sit animi affectus: verum ex solo, quod ipse nominauit, id quod iuxta rationis auersionẽ fit. Quæ enim male quis iudicauit, in ijs non à ratione auersus est, sed in ea errauit. At qui impetus ex iracundia aut cupiditate absoluuntur, non vtentes ratione, hos irracionales nominat secundum alterum significatum, in quo vocem (a) affirmare & tollere postpositæ sibi dictionis significatum dicebamus. nam ἀπειθής, hoc est immorigerus rationi motus animi, ἄλογος, quod est, irrationalis est, in eo significatu quo (neutiquam ratione vti) comprehenditur. Nam si vtamur ratione, etiam in eo non recte dixit Chrysippus in primo de affectibus libro, nõ, inquiens, errabunde fertur, & prætergressus aliquid in ratione, sed auerse & inobedienter ei. Rursus commentario de curandis affectibus eadem sanè hæc, quæ paulo prius à me ad verbum præscripta sunt, vbi irrationale quod contrarie ei quod bona ratione est, dicitur, non pronunciabat in affectus definitione significari: alterum verò immorigerum, & auersum à ratione inferens sanè inquit, cuiusmodi etiam incontinentes tales constitutiones existũt, tanquam sese non continerent, sed efferrentur: quemadmodum qui valide curant, vtrò efferuntur, talem motum non continentes. At qui secundum rationem mouentur, tanquam ducem, etiam hac gubernant, qualiscunq; ea quoque fuerit, continent, vel certe non ab eiusmodi motu afficiuntur, eiusq; impetuosis elationibus. Hic enim rursus quodcunq; sit in oratione propositum, manifestò vitiorum ab affectu distinctionem indicat. Siue enim sana & vera extiterit ratio, siue praua & mendax, is qui secundum ipsam mouetur, nunquam in affectum incidit. siquidem secundum veram, decenter & recte mouetur: secundum falsam, prauè & vitiose. Vbi enim ratio dux est, aut virtus sequitur, aut vitium, affectus nunquam. Itaq; putare voluptatem bonum existere, quemadmodum Epicurus, peccans vitiosaq; & falsa ratio est: omnẽsq; actiones, & particulares animi motus, qui voluptatem tanquam finem respiciunt prauè, prauos sanè necessario, & aberrantes, vitiososq;, non tamen iam affectus quoque obtinet. quippe proprium affectus hoc ipsum est, vt anima citra rationem moueatur. Vnde etiam decenter Chrysippus scripsit: Qui autem secundum rationem tanquam ducem mouentur, & hac particulares scilicet animi motus gubernant, impetus in eis continent: simili ijs modo qui obambulant. sed non violenter ab ipsis efferuntur, quemadmodum qui in decliui currunt. Connectentes itaq; superscriptæ sententiæ, hæc

„ quoq; ascribit: At qui secundū rationem tanq̄ ducem mouentur, & hac etiā, qua-
 „ li scunq; sit, gubernant, motus impetūq; in eis cōtinent, ac afficiātur, vt ipse indi-
 „ cat, similiter ijs qui obambulāt. Non contentus autē his, adducit: Quapropter
 etiam tam irracionales motus, & affectus, & præter naturam esse dicuntur, tanq̄
 rationalem dispositionem aliquo modo egredientes: vel certe sine omni ratione, 5
 & ab ea auersi, quam natura omnium particularium functionum ducem nobis
 dedit, nō præst autem in affectibus. vnde rationalem constitutionem vniuersos
 affectus motiones excessisse dicit, rectissime scribens. Si enim rationalis animi cō-
 stitutio ducem nacta est rationem, non autem hæc dominatur, neque motibus
 secundum affectum præst, is qui pro affectu mouetur, rationalem egressus est 10
 naturam. Atqui si non ratio impetui præst, respondeant nobis Chrysippi secta-
 tores, quid tandem sit, quod præst. Non enim sufficiet ipsis dicere, quod neque
 ratio, neq; vlla facultas alia. Concedunt nanque ita motum quendam causæ ex-
 pertem, quod multo magis obseruare hortantur, accusantque Epicurum, quum
 huiusmodi quendam proponit. Si igitur nihil sine causa fit, & hoc omnibus pro- 15
 pè philosophis communiter in confesso est, non Chrysippo solum aut Aristote-
 li aut Platoni, respondeant nobis quæ tandem affectuū motus causa existat. Non
 enim iam ratio dux neq; causa ipsis est, quemadmodum in peccatis, & recte ge-
 stis. Itaq; Posidoniū (vti puto) in geometria educatum, & magis quàm alij Stoici
 demonstrationes sequi assuetum, puduit Chrysippi, qui manifestò apparentibus 20
 repugnet, & sibi ipse contradicat: ac conatur non modo seipsum, sed etiam Cit-
 tium Zenonem Platonis adducere: reliqui verò Stoici propè vniuersi hæud
 noui quomodo sequi potius ea in quibus Chrysippus aberrauit, sustinent, quàm
 verum deligere. Ac huius tempestatis inter eos clarissimi, interrogantibus nobis
 frequenter, quæ tandem affectuū motus causa statuenda sit, sursum & deorsum 25
 sermones implicant, sed nihil manifestò expediunt. Verum interim peccantem
 rationem dicunt, falsamq; opinionem motuum, secundum affectus causam esse
 pronunciant. At quum rursus Chrysippi dictis molestentur, & his cedunt, & mo-
 tus quosdam causarum expertes statuūt, manentq; nunquam in eisdem respon-
 sionibus, sed Euripi modo frequenter refluunt, resiliuntque ab eo quod ratio opi- 30
 niōque affectus causetur, ad id quod sine causa sic quodammodo mota anima
 affectibus incidat. Ab eo rursus quod motus vanus, & expertis causæ sit, ad id quod
 affectuum motus rationales sint. siquidem reprehensio vtriusque responsionis
 ex procinctu apposita, non sinit alterutri ipsorum immorari, dicendo affectuum
 motus à ratione fieri, quum ipsi nequeant vitium ab affectu discernere. In eo au- 35
 tem quod hac adempta in motum quendam causæ expertem incidunt, quum
 liceat ipsis ex facili ambas absurditates subterfugere: hæc, quod nequeant vitium
 ab affectu segregare, separante ratione affectus: illam, quod fieri aliquid sine cau-
 sa confessi, irracionales quasdam facultates in anima affectuum ipsius causas esse
 statuunt. Non solum igitur alij, sed etiam Chrysippus ipse in commentarijs de 40
 affectibus in nulla definit firmiter opinione, verum semper ceu in vnda fluctuat.
 Quinetiam sine omni ratione fieri dicit affectus, & rursus rationalis solius esse fa-
 cultatis: vt propterea neq; in irrationabilibus animalibus consistant, & sine iudicio
 fiant, rursūq; sint iudicia. Incidit autem nonnunquam vt etiam dicat *ἐν ἡμῖν*, id est
 temere affectuum motus fieri: quod nihil aliud est, quàm sine causa, siquis exacte 45

10 verbum examinet. Verbis itaq; paulo superius scriptis subiungit. Meritò autem
 20 affectuum generi etiam timor attribuitur, secundum impullum hoc & illatum
 30 temere. At si sine causa temerè dicis o Chrysippe, & tibi ipse refragaris, & Ari-
 stoteli, & Platoni, & omnium hominum sententijs, multòq; prius ipsi rerum na-
 5 turæ, quum nihil sine causa possit fieri. Quòd si citra rationem significat tibi *unū*
 quod latinè temerè interpretari licet, dictio (irrationale) sic tranſumpta erit. At
 quod ab initio quærebatur, adhuc manet, hunc motum præter rationem, qui à
 ratione quidem nõ fit, sed à causa aliqua, interrogamus te quæ causa effecit? Nos
 enim affirmamus interim vim irascibilem, interim appetitoriam. Tu autem ne-
 10 que hæc fateris, neque rationalem audes dicere, sed temerè fieri locutus, libera-
 tum te esse à quæstione putas, ignarus totum quodcunque temerè & sua spon-
 te fieri dicitur, quantum nos cognoscere possumus, ita appellari. Reuera autem
 nihil ipsorum ita fit, quemadmodum & diuinissimus Hippocrates dixit, Nobis
 quidem sponte, causa autem nõ sponte. Pari modo quòd affectus redundans sit
 15 animi impetus, Chrysippus exponens, tum in libro morali de affectibus, tum
 in primo logicorum motus excessum supra rationis commoderationem fieri as-
 seuerat, non tamen causam ipsius apponit. Conueniebat enim hic quoq; sermo-
 nem non implicare, turbarèq; superflua prolixitate, sed ubi causam cur impetus
 animi redundet, expediuisset, cessare. Sicut enim in ijs qui in decliue currunt, vnà
 20 cum voluntate, corporis grauitas motus causa existit: ita in animi affectibus quæ-
 nam alia rationali facultati accedens, causa immodici, & (vt ipse solebat nomi-
 nare) elati motus efficiatur, oportebat ipsum percensuisse. Verba igitur in libro
 30 de medendis affectibus, in hunc modum habent: Proprie etiam impetus animi
 redundans affectus esse dicitur, tanquam si quis in elatis motibus redundantem
 motū dicat, redundãtia in eo oboriente secundū rationis auersionem, & id quod
 sine redundãtia hac fit, huius cõseruans. Excedens enim rationē impetus, & præ-
 35 ter hæc vniuersim latus, proprie redundare dicitur, & secundū hoc præter naturã
 fieri, & esse irrationalis, vt subscribimus. Excedēs (inquit) rationē impetus, & præ-
 ter hanc raptim latus, secundum affectū elatum efficit motum. ob quod ratio o
 Chrysippe elati & immodici motus causa non est. Ipse nanq; confiteris eū præter
 40 rationem fieri. At non potest aliquid simul & præter rationem, & à ratione fieri.
 omnino autem ab aliqua causa: illa verò nõ est rationalis. irrationalis igitur quæ-
 dam est facultas quæ affectum efficit. & forsan non ab alijs, sed ipsorum amaru-
 lentijs corripimur: & si liceat nobis dicere, Chrysippe generosissime, alterutrum,
 45 vel quod nihil affectus à vitio differat, vel quòd vitijs affectiones superueniãt. Horum
 enim quodcūq; dixerimus, nõ cogimur causam immodici præter naturã motus
 respondere. Verū neutrum horū dicere sustinuiſti, reueritus contraria ijs quæ ma-
 nifestò apparent, enunciare. Ipse verò imprudens tibimet contradicis, præter ra-
 tionē inquiēs motus quosdã fieri, & auerti à ratione, & ab ea dissidere, deinde pau-
 lo posterius eosdem hos à rationali facultate fieri pronuciãs. Similiter tecū pu-
 50 gnas, dum animi affectus esse iudicia, & sine iudicio fieri tueris. Ea itaq; verba ex
 primo de affectibus libro, quibus affectus fieri sine iudicio affirmat, superius appo-
 sui. Quòd autem etiam in opere ipsius de medendis affectibus, quem moralem
 quoq; inscribit, eandē opinionē referat, ex hisce verbis est cõdiscere: Non enim in
 45 iudicãdo singula bona, eorū dicuntur infirmitates hæ, sed ex eo quod nimiū, si ad has

conferantur, à naturali motu exciderint. Forſan autem ſi quis in hac diſtionum
 ſerie dicet, L infirmitatem non priuauit, quo minus ſit iudicium: non tamen in eo
 ſolo mendaci fallóq; iudicio generationem eius ſtatuit, ſed procedere ait nimiũ
 à naturali modo ꝓ ex ijs quæ adducuntur, ſententia Chryſippi manifeſtabitur. vn- 5
 de non ſine ratione nonnulli mulierum amore & auium ſtudio inſani dicuntur, 5
 græce γυναικομανείς & ὀρθομανείς. Si enim non fruſtra imponetur inſaniæ nomen
 infirmitatis appendiculo, inſania autem ab irrationali in corpore vi oritur, nihil
 minus infirmitas rationalium. ſed per Iouem forſan aliquis dixerit, inſaniam nõ
 propter irrationalem vim naſci, ſed quòd amplius quàm conuenit, eductum ſit
 iudicium, opinióq; : quemadmodum ſi etiam ita dixiſſet, infirmitates in anima 10
 fieri ſimpliciter, non quòd falſo de quibuſdam ceu bonis aut malis exiſtimauerit,
 ſed quòd maxima ea putauerit. nondum enim infirmitatem eſſe de diuitijs tan-
 quam bonis opinionem, ſed quum quis eas maximum eſſe bonum arbitretur: &
 ne vita quidem dignum cenſeat diuitijs deſtitutum : in hoc enim conſiſtere di- 15
 uitiarum argentiq; ſtadium, quæ infirmitates ſunt. ſed hæc pronuncianti Poſido- 15
 » nius contradicens, hũc in modum ait: Huiuſmodi autem quæ à Chryſippo dicũ-
 » tur, inquirere aliquis poterit: primũ quidem quomodo ſapientes, qui maxima &
 » inſuperabilia bona, honeſta omnia eſſe putant, non ſecundũ affectum ab eis mo-
 » uentur, deſiderantes quæ appetunt, & lætabundi facti ea propter, vbi fuerint aſſe-
 » cuti. Si enim magnitudo apparentium bonorũ malorũmve mouet, vt putet ali- 20
 » quis ſecundũ officium, & dignitatem eſſe, præſentium ipſorum, aut accidentium
 » etiam nullam rationẽ admittere, de eo quòd aliter conueniat ab ipſis moueri eos
 » qui inſuperabilia ſua eſſe cenſeant, hoc ipſis accidere oportebat: quod non vide-
 » tur fieri. Similiter impreſſionem facientes, aut magna incõmoda à malitia abeſſe
 » autumantes, conueniebat tum metu labãſcere, tum triſtitia non mediocri concie- 25
 » dere: quod nec ipſum cõtingit. Poſt hæc deinde Poſidonius in eum modũ tra-
 » dit. Si præter apparentiũ magnitudinem, animi quoq; imbecillitatem accuſent,
 » & propterea ſapientes liberos ab affectibus eſſe dicant, prauos autem quum im-
 » becilles ſint, nõ ſecũdum cõmunem imbecillitatem, ſed magis diffluentẽ, neq; ſic
 » quæſtio ſoluta eſt. quòd nanq; propter animi morbũ affectibus infeſtantur, apud 30
 » omnes in confeſſio eſt. Quomodo verò cõmoti animi, aut cõmouentis, inquiretur
 » ſanè, ſed non ſubindicatur. Inde ruruſ hæc itidem prodit. Non ſolũ qui magis
 » diffluenti laborant malitia, & opportuni affectibus affliguntur, verũ omnes
 » dementes, quouſq; malitiam retineant, & in magnos affectus & in exiguos inci- 35
 » dunt. Poſtea in hanc ſententiam ſcribit. Putare ſecundum dignitatẽ eſſe acci- 35
 » dentium, ita commotum eſſe, vt à ratione auertatur, magnum affectum indicat,
 » non autem rectè putare eſt. fit enim propter mediocrem & exiguum. Continua
 » his Poſidonius mox iſta commemorat. Quũ duo ſimul eandem imbecillitatem
 » obtinent, & ſimilem capiunt imaginationem boni, aut mali, alius affectui impli- 40
 » catur, alius non: hic minus, ille magis: & nonnunquam imbecillior maius ſuſci- 40
 » piens accidens non mouetur, atque idem propterea nunc affectibus moue-
 » tur, nunc non: interim magis, interim minus. Inſueti igitur magis afficiuntur
 » metu, triſtitia, cupiditatibus, & voluptatibus, & peiores vnà rapiuntur celeri-
 » ter ab affectibus. Ab his Poſidonius verba poëtica apponit, & hitorias vete- 45
 » rum geſtorum, quæ dictis ipſius atteſtantur. & poſt hæc inferens ait. Aliud ma- 45

lum utique ab inconsueto celeriter corripitur, aliud contra adductum temporis spatio in assuetudinem venit, in quibus opiniones æquales subinde & imbecillitates, affectus neque æqualiter, neque æquales fiunt. Quinetiam secundum hæc, tales quasdam disputationes introducit. Asscribam autem eas ad verbum, etsi prolixiores sint. Cur nonnulli qui magni putantur, licet imbecilles sensibus sint, consulunt, & consiliarios alios adhibent, quemadmodum vigilans Agamemnon? Hic enim propter commutationem, statim una cum alijs principibus ineffabili quodam luctu perculsus est apud poetam. cessante autem affectu, licet accedentium opinio simul cum rationum imbecillitate permaneret, nequaquam conquiescere probabat.

Hæc steterat constans animi sententia, adire
Nestora Neliaden Græcorum principem amatum,
Quoddam an consilium laudabile sit meditatus
Quod Græcis salutare sit omnibus, atque faustum.

15 Postquam verò & Nestor ipse impetu à lóginquo aduenientem cospexisset, quis sit interrogat. ille indicans, cum quadam indignatione ait

Sic erro, quoniam non somnus subrepat ullus,
Sed bellum curæ est, & Græci, queis vehementer
Nunc timeo, neque cor mihi firmum, sed luget, extra

20 Pectora delabens, claros tremor occupat artus.

Si iam in corde commotus ita metu adest consulturus, ij qui afficiuntur non secundum dignitatem accidentium, decorum putantes nullam rationem admittere, secundum affectus mouentur. At si nondum timens, sed renouans timorem hæc ait, quid tandem ipsa suspitione & imbecillitate subiecta, alij declinant rationem, alij assument, iure aliquis dubitauerit. At causam totius affectus non explicuit. Post hæc Posidonius ita quoque ait. At non solum auerti à ratione in cupiditatibus, ut refert, sed assumere quoque eam præterea, etsi non utile sit: ita quoque habendum, pugnam continere, ferrique tandem ad magnum commodum, ac propter magnitudinem eius, etsi incommodum sit, dignum putare magnitudinem ipsius, licet nullam habeat magnitudinem, imò etiam contrarium, similiter resistere ita ei. finge enim eos qui dicunt quòd nõ commodum sit auerti, & qui promittunt ostendere, quòd incommodum sit, nugæ putare, & quòd magna sit utilitas, id quod persequitur, sed illud improbable, eo quòd magnum ipsum bonum existimandum est, quanuis maximum sit malum, tamen ipsum capere acclamantes, si perire hoc mihi non conducit. huius enim causam non probabile est in opinione sitam esse, quòd magnum bonum existat, id ad quod pelluntur.

Quæ omnia disquirenda veniunt. Ego sanè ad hæc quid Posidonio respondeam non habeo, neque alium quenquam posse autumo, si ab ipsa rerum natura, & huius seculi Stoicis coniectura sumenda est. Si quidem ne vnum quidem ex multis, nec ijs vulgaribus nostra tempestate natis, audiui, qui aliquid probabile ad dubitationes à Posidonio propositas adferret. sed de illis quidem rursus disseremus. At quòd Chrysippus non semel aut bis, verum sæpe admodum fatetur diuersam à ratiocinatrice vim quandam esse in animis hominum causam affectuum, licet nobis ex huiusmodi condiscere, ubi causam eorum quæ fiunt, statuit, parum rectè, animi infirmitatem, imbecillitatemque. sic enim ipsas nominat, sicut & contra

ria, hoc firmitatem, illud robur. Quæ enim non rectè homines faciunt, partim ad prauum iudicium refert, partim ad infirmitatem animi, ac imbecillitatem: sicut & eis quæ rectè administrant, rectum iudicium præest, cum bono animi robore. Sed talium quemadmodum iudicium opus est facultatis rationalis, ita firmitas, robur, virtusq; facultatis est diuersæ à ratiocinatrice, quã ipse Chrysippus appellat firmitatem seu robur, ac recedere ait nonnunquam ab ijs quæ rectè nobis decreta sunt, robore animi remittente, neq; continuo perseverante, neq; subministrante rationis dictaminibus: euidenter in huiusmodi ostendens qualis res sit affectus. Iam verò & verba ipsius nonnulla de his ascribã. Sunt autem ex morali de affectibus libro. Præterea etiam in hoc forsan corporis robora dicuntur inuallida & valida esse, neruosi generis ratione, quòd in operibus per hoc obeundis possumus, aut non possumus aliquid. Item in anima robur dicitur, tanquam bonum robur, & inuallidum. ac iterum. Quemadmodum enim in tremore & renixu alicuius similitudinumque iam quæ per neruos efficiuntur, perfectrix quædam est constitutio, & remissiuua prius solutorum relaxatorumq;, respondet etiã in animo talis neruorum ratio, sicut & per translationem enerues quosdam dicimus, & neruos habere. Deinde rursum hoc ipsum exponens, ita scribit. Alius metu oboriente discedit: alius lucro aut damno illato recessit, remisitque: alius in alijs similibus non paucis. Singula enim huiusmodi peruertunt subiguntq; nos in seruitutem, ceu ipsis concedentes, & multos & vrbes prodere, ipsosq; in multas & indecoras actiones porrigere, impetu ad theatra soluto: qualis introductus est etiam Euripidi Menelaus. Nam arrepto gladio ad Helenam fertur tanquam occisurus. Posteaquã autem vidisset, & ad pulchritudinem eius obstupisset, abiecit gladium, neque hunc adhuc continere potens, sicut & increpatio ipsius ei dixit. Tu vbi mammam illius inspexisti, abiecto gladio osculum accepisti, proditorem vocans canem. Quæ omnia rectè dicta sunt à Chrysippo, sed pugnant cum eo, quòd affectus sint iudicia. Quum enim Menelaus Helenam occidere decreuisset, traxissetque gladium, quum propius accessisset, attonitus ob eius pulchritudinem, propter infirmitatem imbecillitatemque animi, (hoc enim Chrysippus toto libro nititur) non solum gladium abiecit, sed etiam mulierem osculatur, & veluti aliquis dixerit, seipsum seruum tradit, non persuasus ab aliqua ratione, vt aliud acquireret iudicium, verum citra iudicium, citraque rationem, impetu ad contraria ductus ijs quæ initio statuerat. Vnde & Chrysippus ipse inferens ait. Quocirca omnibus prauis ita facientibus defectiue & remissiue secundum multas causas, imbecilliter & male singula fieri dicentur. Defectiue igitur à ratione, affectibus autem remissiue, omnibus prauis agentibus, imbecillitatem quandam & infirmitatem in anima ipsorum ostendi verissime dicitur. at (secundum multas causas) quod & ipse in oratione apposuit, bene sanè ab eo dictum est, sed præstitisset si etiam multas has causas, quæ tandem sint, ipse pertractasset. Si enim animum aduertas, neque sic inuenies quid sibi velit in opere de affectibus, & præcipue medicatorijs, vbi hæc prodidit, Vt omnes scias causas propter quas qui aliquid secundum affectum faciunt, à iudicij initio institutis recedunt. Hic autem tantum abest, vt omnes exactè edoceat, vt ne hanc ipsam quidem cuius in præsentia meminit, aperte indicauerit. Non enim sufficiet nobis dicere animi esse imbecillitatem, quippe commu-

nis hæc in omnibus affectibus & vna existit. Chrysippus autem multas esse causas dicit, quæ imbecillitatem scilicet animi coarguant, quemadmodum in Menelao pulchritudinē Helenæ, in Erisiphile aurum, in alio quodā aliud. Infinita enim sunt particularia propter quæ à veteri iudicio ij qui secundū affectum viuunt, digrediuntur: verum horum innumerabilium mentio faciendā nō est, sed in pauca capita sermo reducendus, quemadmodū Plato factitauit, regiū quiddam & dominatorium esse dicens scientiam, & nunq̄ vllum in aliqua re scientia aberrare. Eorū verò qui transmutati sentētia sunt, aut ipsorū obliti, aut coacti, aut decepti, alium in alia actione errare. Sed omnino oblitum esse, & immutatum, affectus nondum est, quemadmodum neq; omnino scientiam habere. id nanque incitiam, ignorantiamq; nō affectus est. At si quis iracūdia cōpulsus, aut voluptate deceptus, ab ijs quæ initio statuerat recesserit, imbecillis quidē huic anima & infirma est: motus autē ipsius affectus est, veluti etiā anima Menelai, qui in tragœdia introducitur, à cupiditate decepta recessit ab ijs quæ instituerat. Iā Medea iracūdia cōpulsā, de qua haud noui quomodo Chrysippus Euripidis versū imprudens cōtra se meminerit.

Noui quidem cuiusmodi faciam mala,

Sed potior iracundia consilijs meis.

Nō enim intelligere Euripidem dixisse oportebat, si Chrysippi dogmatis erat attestaturus, verum id quod maxime contrariū est, ignorare, neq; scire quæ factura erat mala. At cognoscere quidē id, ab iracūdia autē vinci, quid aliud est quàm duo principia Medæ perturbationū introducere: alterū quo res cognoscimus, & scientiam ipsarum habemus, quæ rationalis est facultas, alterū irrationale, cuius opus est irasci. Hoc itaq; Medæ animā compulit: alterum quod appetitoria Menelai animā decipiens, se qui adegit ea, quæ ipsum imperabat. At Chrysippus neq; contrarietatem in his percipit, & infinita alia id genus prodit, veluti quū dicit.

Est meo iudicio res cōmunissima irrationalis hæc animi latio, & à ratione auersa, veluti & nonnullos iracūdia ferri dicimus. At rursus: Quare etiam in his ita affectu motis ceu de egressis sentimus, & tanq̄ ad immutatos verba facimus, & qui nec apud se, nec in se sunt. Deinde etiā rursus eadem exponit, Immutatio fit, & ex se digressio, nō in alia quadam re, q̄ rationis auersione, sicuti prædiximus. Nam iracundia ferri, & excessisse, & nō apud se, neq; in se esse, omniāq; id genus attestantur manifestò affectus iudicia non esse, & in rationali animi facultate consistere, quemadmodū quæ ita se habent. Quocirca huiusmodi voces audire licet in amantibus, & alioqui vehementer appetentibus, irascētibúsq; item q̄ iracundiæ volūt gratificari, & sinere ipsos, siue melius, siue nō, ac nihil eis dicere. Item q̄ hoc omnimodo faciendū sit, etsi ipsis incōmodū sit. Quinetiā quæ hūc in modū à Chrysippo dicuntur, irascibilem vim diuersam quandā à ratiocinatrice ostendūt: & impetum animantis nonnunq̄ ab illa incipere docet, interim ab appetitoria, quū in affectu cōsistit: veluti quum extra affectū, à rationali. Respondent autē prædictis & quæ sic à Chrysippo dicuntur, quemadmodum hæc quoq; habent. Cuiusmodi maxime impetu & amantes volunt ad se amatores habere inconsideratius, & sine cōuersione rationali, & præterea ratione ipsos modū excedētes, adhortante. imò neutiq̄ memores eiusmodi quiddā audire. Siquidē eiusmodi omnia veteri opinioni attestāt, sicuti etiā post hæc q̄ deinceps sequuntur. Tāq; lōge à ratione absunt, vt audiāt, aut attēdāt id genus aliquod, vtq; ne talia quidē ex vsu ipsis esse dicātur.

- „ Venus siquidem admonens laxat nihil.
 „ Si nanque cogat, amplius intendere appetit:
 „ Sed admonens amor magis premit.
 Item hæc, & quæ sequuntur deinceps, veteri placito attestantur de affectuum ge-
 „ neratione. Habēt autem in hūc modū. Quoniam tanquā inopportunum incre- 5
 „ patorem, & nō condonatorē eorum quæ fiunt, in amando, rationē declinant, ceu
 „ hominem qui intempestiue admonere videatur, quū & dii videntur ipsis immit-
 „ tere vt periurent. Insuper quæ sequuntur. Ad hæc magis licuerit ipsis (inquit) id
 „ quod ingruit facere, cupiditatē sequentibus. Hic sanè per Iouem dixit sequen- 10
 „ tibus cupiditatem, quemadmodum antea dixi iracundiā: rationem verò neque
 „ in his, neque in alio quodam affectu commotos sequi dicit, sed auersari omnino
 „ ipsam, fugere, & non assumere, atq; omnia eius generis. Quinetiam quū Menan-
 „ dri carminis meminit in quo dicit, Mentem subditam habens, in dolū transmisi,
 „ manifestò hic quoque sententiam veteri opinioni suffragantem apponit, veluti
 „ quum exponens non apud se, neque in se esse, hæc profert. Proprie verò etiam ef- 15
 „ ferri dicuntur, qui sic irascuntur, similiter ijs qui in cursu efferuntur abunde, aliàs
 „ præter cursus impetum, aliàs præter rationem propriam. Non enim sic qui mo-
 „ tum continent, in seipsis moueri dicentur, sed secundum aliam quandā vim ex-
 „ trinsecus adhibitā. Fatetur hic quoq; vim quandā omnibus affectibus adesse mo- 20
 „ tricem, impetus rectissime intelligens, nisi q̄ vim extra ipsos esse dixit, quum cō-
 „ ueniebat nō extrinsecus, sed in hominibus esse dicere. Quippè non ideo dicimus
 „ ipsos sibi foras rapi, neq; in seipsis esse, quia id quod ipsos secundū affectum irrue-
 „ re cogit, extrinsecus est, sed quia præter naturā habent. Siquidem rationalis ani-
 „ mæ pars, qua cōtinere, & imperare alijs, erat secundū naturam, non cōtinet nunc,
 „ sed continetur, & gubernatur ab irrationabilibus animi potentijs, quod etiā hu- 25
 „ iusmodi exemplis Chrysippus imprudens astruit. Itaq; apponit ex Euripidis scri-
 „ ptis dialogum Herculis ad Admetum, qui habet hunc in modum.
 „ Sed quid reuoluis, an semper mœrere vis?
 Hæc quidem Hercules dicit: Admetus autem respondet.
 „ Ipsos decreui, sed amor aliquis eximit. 30
 Constat enim quum appetitoria facultatis, non rationalis, amor sit affectus, to-
 „ tum animum educere, hominēque in contrarias actiones rapere ijs quæ ini-
 „ tio statuerat. Item Achillis dicta ad Priamum apponit.
 „ Sustineas, animo nec ineuitabile plores.
 „ Nil siquidem efficies gnatum conquestus amissum, 35
 „ Quem neque restitues, mala nisi altera passus.
 Hæc quidem dicere ipsum ait, secum disserentem. Item scripsit ad verbū. Rece-
 „ dere non rarò ab ipsis his iudicijs aliquē in ijs quæ accidunt, nec continere se quū
 „ ab affectibus vincitur. Etenim hic quoq; à iudicijs recedere, & nō se cōtinere, &
 „ interim esse apud se, interim non, ac omnia id genus, tum euidentibus manifestò 40
 „ respondent, tum veterū opinioni, & de affectibus, & animi potentijs, non tamen
 „ ijs quæ Chrysippus proposuit. Similiter dicta sunt & huiusmodi in libro de affe-
 „ ctibus. Nā quod perturbatū est, immutatūq; in nobis, & rationi immorigerū,
 „ non minus in voluptate cōuersatur. ac rursus. Sic enim recedimus, & extra nos ra-
 „ pimur, & in totū excæcamur in ijs quæ deliquimus. quapropter interdū spon- 45

„ giam aut lanam in manibus habentes, hanc vastatam proijcimus, tanquã aliquid
 „ per eas absoluentes. At si fiat vt gladium, vel aliud quippiam habeamus, hoc vñ
 „ fuerimus similiter. Ac deinceps Sæpe verò in huiusmodi cæcitate clauis morde-
 „ mus, & fores pullamus, quũ non celeriter aperiuntur. Item in lapides si illidimus,
 5 puniendi studio efferimur, damnãtes, proijcientẽsq; ipsos in aliqua loca, & accla-
 „ mantes in singulis his absurdissima quæq;. Pari modo in subsequẽtib; ait, Cõ-
 „ siderauerit aliquis ex huiusmodi, irrationabilitatẽ (vt sic dicam) in affectibus: ac
 „ sic in talibus excæcamur temporibus, tanquã alieni facti ab ijs qui prius ratione
 „ vtebantur. In totum si quis omnia eligat, ascribatq; nunc, quæ in libro de affe-
 10 ctibus comprehensa sunt, pugnantia quidem ijs dogmatis, quæ ipse statuit: con-
 sentanea autem & manifestò apparentibus, & Platonis opinioni, in immensum
 liber excreuerit, vt qui plenus sit ipsi, dum à scriptis & iudicijs recedere dicit, & ijs
 quæ prius ratione erant instituta propter iracundiam, aut cupiditatem, aut vo-
 luptatem, aut eiusmodi quippiam furibunde agitari, & non in se, neque apud se
 15 esse, excæcarĩq; animo, irrationabiliter ferri, atq; omnia eius generis. Sanè eiusmodi
 di verba ipsius alicui per otium seligere cõmitto. Quum autem manifestò iam
 figura ipsorum demonstrata sit, digrediar ad nonnulla, quæ Posidonius contra
 „ Chrysippum protulerit. Itaque definitio Atæ hæc est, inquit. Quemadmodum
 „ etiam alij plerique affectus, tum à Zenone dicti, tum à Chrysippo proditi, ma-
 20 nifestò sententiam eius coarguunt. Nam tristitiam esse recentem opinionem ma-
 lum sibi adesse, pronunciat, in quo etiam compendiosius nonnunquam dicentes,
 „ hunc in modum proferunt: Tristitia est opinio recens mali præsentis. Esse sanè
 recens, dicit proximum tempore: causam verò ipsorum dicere cogitat, propter
 quam mali opinio quum recens est, animum submittat, tristitiãque efficiat. in-
 25 ueterata autem, aut neutiquam, aut non adhuc similiter contrahat. etsi ne (re-
 cens) quidem, in finitione apponi conueniebat, modo Chrysippi dicta vera sint.
 Nam secundum ipsius sententiam, potius magni mali, quàm vel intolerabilis, vel
 incontinenti, sicut ipse nominare consuevit, tristitiam dictam esse opinionẽ non
 recentis: vbi & bifariã Chrysippo Posidonius cõtradicit: in hac quidẽ secũda de-
 30 finitione mentionẽ faciens & Iapietium, & Prouidorũ: veluti prius cõprehensum
 est. Alij siquidẽ in maximis bonis, alij in maximis malis dũ se esse putant, tamen
 propterea affectui nõ implicantur. In prima definitione causam quærit cur non
 mali præsentis opinio tristitiam, sed recens solum efficiat: aitq;, omne immodicũ
 & peregrinũ subito irruens, & excidit, & à veteribus recedit opinionibus: vñ
 35 tum verò & consuetũ, inueteratũq;, aut nullo pacto egreditur, vt secundũ affe-
 ctum moueat, aut parũ admodum. quare etiã prius adesse rebus dicit, quod græ-
 ci προενδημιον vocãt, ne aliquando præsentibus tanq̃ præsentibus vtatur. Significat
 autem Posidonio idem verbũ hoc προενδημιον, quod adhærescere, & apprimere rem
 quæ apud se futura est, & tanq̃ quum iam facta, cõsuetudinem quandã paulatim
 40 inierit. Quocirca etiam Anaxagoræ dictum assumpsit hic quasi aliquis ei filium
 mortuũ esse nunciasset, admodũ constanter dixit, Noui mortalem me procreas-
 se. & quemadmodũ hoc sumpto sensũ Euripides Theseũ loquentem introduxit.
 A sapiente aliquo perdoctus ego
 In curas animum, & calamitates indidi,
 45 Atque exul à patria mea mortes simul

Et indecoras & vias subij malas
 Vt si quid paterer ex ijs quæ putaueram
 Aliquando, ne animum morderent recentia.

Ita dicta etiam hæc esse pronunciat:
 Si hic primus esset malorum dies mihi,
 Et non diu vexarer in laboribus,
 Forsan reniterer vt pullus iugo recens
 Subditus, excutiens frenum susceptum nuper:
 At nunc malis obdurui, & occallui.

Hæc interim emollescent longo tempore:
 Malum pubescit nunc, quando quidem tempore
 Affectus mitigatur, etsi manserit
 Opinio, quod malum ipsis quoddam euenerit.

» Idem Chrysippus secundo de affectibus testatur, huc in modum scribens: Quæ
 » fierit etiam aliquis de remissione tristitiæ quomodo fiat, vtrū opinione quadam 15
 » dimota, an omnibus permanentibus, & quid hoc erit. deinde inferens inquit: Vi-
 » detur mihi huiusmodi opinio permanere, quoniam malū ipsum, quod iam ad-
 » est, quum autem immoratur, contractio remitti, & mea sententia, ad contractio-
 » nem impetus videtur. Forte etiam hac permanēte non subaudient reliqua, cum
 » hæc propter certā aliam superuenientem dispositionem delectu difficilem fiant. 20
 » ita nanq; & plorantes, & nolentes plorare plorant, quum non similes imagina-
 » tiones subiecta faciant, & instat aliquid, aut nihil. Quomodo enim lamentatio-
 » nes cessant & ploratus, ita ratio est etiam in illis accidere, per initia magis rebus
 » mouētibus, veluti in his qui risum mouent, fieri dixi, atq; his similia. Quod igi- 25
 » tur tempore affectus cessant, opinione licet permanente, ipse Chrysippus confi-
 » tetur. Cur autem id fiat, ratione id comprehendere posse dicit. Deinde alia similiter
 » accidentia scribit, quorum neq; ipsorum indubie causam cognoscere promittit.
 » At Posidonius, o Chrysippe, eiusmodi rerum causam non ignorare se refert, sed
 » veterū dicta, quæ deinceps percēsebo, laudat & recipit. Tu neq; illorum memor,
 » neq; aliam ipse prolocutus, putas quæstionem esse solutam, si causam nescire fa- 30
 » tearis, quanquam totius operis, & rationalium quæstionum, & de medendis affe-
 » ctibus, nullum est aliud, quàm causas adinuenire, à quibus affectiones & fiant, &
 » desinant. Ita nanq; aliquis meo iudicio, tum ne ipse generentur, prohibebit: tum
 » generatas sistere potuerit. Etenim ratio est, si quid iudico, vnà cum causis gene-
 » rationes, & rerum subsistentias tolli. Hac ratione etiam hæsitat in secundo de af- 35
 » fectibus libro eiusmodi aliquid nobis perscribere, cui animū aduertentes, & pro-
 » hibebimus singulos affectus oriri, & ortis medebimur. Verum id quum Plato ad-
 » mirabili modo scripserit, quemadmodum & Posidonius indicat, admirans vi-
 » rum, diuinum quoq; appellat, ceu ipsius dogmata de affectibus, deq; animi facul-
 » tatibus, & de eo quod neutiquam affectus animi oboriantur, vel oborti citissi- 40
 » me desinant, profiteatur, ab eo cōprehensum est. Coniunctam verò de virtutibus
 » disciplinam his esse contendit, item de fine, ac in totum omnia moralis philoso-
 » phix placita: veluti ex vno vinculo cognitionis animi virium sit alligata: ipseque
 » indicat, quomodo ab iracundia & cupiditate affectus proueniant, quaq; de cau- 45
 » sa tempore subsidant, etsi opiniones adhuc & iudicia permaneāt, de eo quod ma-

lum ipsis inest, aut fuerit obortum. Ad hoc citat testem etiam Chrysippum ex secundo de affectibus libro, hisce verbis. Verum de tristitia tanquam repleti nonnulli similiter recedere apparent, quemadmodum de Achille etiam Patroclum lugente hanc poeta scribit,

5 Ast hic iam lachrymis fuerat satur atque querelis. Item,

Et desiderium luctus à mente recessit.

Ad Priamum hortandum cum impetu properavit, tristitiæ irrationabilitatem pacans. Deinde rursus hæc adducit. Quæ ratione non desperabit aliquis rebus ita perdurantibus, & inflammatione affectuum remittente, rationem ingredientem, & veluti locum capientem, affectionis irrationabilitatem sistere. Manifesto siquidem Chrysippus in his confitetur & affectus inflammationem temporis spatio remitti, suspitione adhuc & opinione permanente, & homines affectuum motionibus repleti: ac ideo quum affectus exiguam quietem subit, rationem superiorem euadere. Hæc nanque vera quidem sunt, si quæ alia: verum cum ipsius hypothesebus discordant, quemadmodum etiam quæ inferuntur, hoc modo prolata. Dicuntur iam eiusmodi ad affectuum mutationem.

Luctus continuo mæsti satur est.

Præterea eiusmodi, Ad tristitiæ diductionem, infelicibus delectabile quodammodo est plorare, & fortunas defflere. Insuper his deinde subdit,

20 Sic ait, at desiderium patris obuenit illi Defflendi. Et

Eundem suscitauit luctum, Reduxit curas lachrymabiles.

Denique plura adhuc alia id genus à poetis colligere testimonia licet, eius quod homines tristitia, lachrymis, ploratibus, gemitu, victoria, honore, & omnibus eiusmodi repleantur, propter quæ nihil negotij est colligere causam, ob quam temporis spatio affectus desinunt, ratio autem cupiditatum impetui dominatur. Vt enim pars animæ affectibus obnoxia peculiaria quædam appetibilia concupiscit: ita etiam ipsis, quum accidunt, repletur: atque in hac suum ipsius motum constituit: quæ animalis impetui præerat, & per se duxit ad quod ducta est. Quare affectuum quietis causam comprehendere nequeunt, quemadmodum Chrysippus dictitabat, sed etiam admodum manifeste ei qui cum veteribus nolit contendere. Nihil enim tam clarum est, quam vires quædam in nostris animis inesse natura concupiscentes, hanc voluptatem, illam dominium & victoriam: quas euidenter etiam in alijs animantibus videri Posidonius affirmat: quemadmodum nos quoque statim ab initio primi libri ostendimus. Accusat autem recte Chrysippum in eo quod dicit, Fortè impetu permanente non obediunt reliqua, ob certam aliam oborientem dispositionem. Fieri siquidem non posse ait ut impetus quidem animi adsit, ab alia vero causa quadam ipsius actio impediatur. Unde quum dicit, Sic enim & plorantes cessant, & nolentes plorare plorant, quum similes subiecta imaginationes efficiant: causam hic quoque rogat Posidonius, cur etiam plerique non volentes iubeat inde plorant, lachrymas cohibere impotentes: ac alij plorare adhuc volentes, protinus cessant, ob motiones affectibus subditas vehementer inhaerentes, ut non euincantur ante voluntatem, aut omnino cessantes, quo ab ipsis excitari nequeant. Ita enim quomodo ratio & pugnet cum affectu, & ab eo differat, inuenietur, animique vires manifeste seruantur, non per Iouem, ut Chrysippus ait, propter causas aliquas incomprehensibiles his accidentibus: verum ob eas quæ à veteribus

sunt expositæ. Quippè non Aristoteles tantum aut Plato sic opinabatur, sed ad-
 huc priores, alique nonnulli, & Pythagoras, vt etiam Posidonius inquit, illiúque
 primi dogma esse pronuncians, Platonem autem elaborasse fecisseque ipsum ab-
 solutius. Propterea igitur & consuetudines, & totum tempus ad affectuum mo-
 tus plurimum posse videntur. etenim consuetudine irrationabilitas animæ man- 5
 sescit, in quacunq; educatur. Tempore autem, vt prædictum est, affectus con-
 quiescunt, repleti irrationabilibus animi potentijs, quas antea desiderabāt. At ra-
 tionales cognitiones, iudicia, & summatim scientiæ omnes artelque propter solū
 ipsum tempus nudum, neque difficiles ad dissolutionem fieri apparent, quemad- 10
 modum secundum affectum consuetudines, neque transponi & cessare, sicuti tri-
 stitia, alique affectus. Quis nãq; ab eo q; bis duo sint quatuor, repletus affectu re-
 cessit, aliterq; putauit? Vel quis de eo quòd nō omnes ex centro circuli existant?
 In singulis alijs speculationibus nullus est qui repletus affectu veterē abiecit opi-
 nionem, quemadmodum deponit, sistitque plorare, tristari, suspirare, lugere, lamē 15
 tari, queque huius generis sint alia, etsi de præteritis tanquā malis opiniones per-
 maneant. Itaque sufficiunt etiam hæc ad indicationem eorū quæ non rectè Chry-
 sippus tradidit de animæ affectibus, & multo adhuc prius de facultatibus ipsos ef-
 ficiētibus. Quinetiam libro quinto de eisdem insuper disserere decreui, relinquēs
 quidem plurima non rectè ab eo dicta, illorum verò duntaxat memor, in quibus
 sibi ipse aduersatur, contrariâque audet euidenter apparentibus proferre. Cæterū 20
 indidem ea pariter quæ Posidonius aduersus Chrysippum literis mandauerit, in
 memoriam sum reducturus.

FINIS QVARTI LIBRI.

CLAVDII GALENI PER:

GAMENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS
PLACITIS LIBER QVINTVS,

IOANNE GVINTERIO ANDERNACO INTERPRETE.



5 Ermo de animi affectibus, necessariò etiã propter se mi-
hi habitus est: magis autem necessarium Epicuri sectato-
res reddiderunt, qui ad loci principatum animę continen-
tis demonstrationem eo sunt vsi. Nam quũ ostendissent
10 quomodo ipsi vniuersos affectus in corde consistere op-
nentur, vt autẽ veritas habet, solam iracundiam: deinde vbi
assumpsissent, vbiunque animi affectiones sint, ibi quo-
que ratiocinatricem ipsius facultatem haberi: ita iam cõ-
cludunt, in corde ratiocinatricem existere. Nos verò, quoniam inde iracundia
profilit, vera ipsos dicere affirmamus, non tamen quòd vno in loco & irascibile
15 & ratiocinatricem vim esse necessariũ sit, neque quòd vnius opera facultatis exi-
stant, concedimus: verum demonstrare ipsos volumus, sicuti alia quę in libro ha-
bentur, sic etiam quòd necessario idem affectuum & rationis principium existat.
Chrysippus itaque libro priore de affectibus ostẽdere conatur affectus ratiocina-
tricius virtutis quãdam esse iudicia, Zeno non ipsa iudicia, sed superuenientes eis
20 cõpressiones, solutionesque, elationes & casus animi affectus esse existimauit. Po-
sidonius autem ab vtriusque dissentiens, laudat simul & admittit Platonis dogma,
aduersaturque Chrysippo: neque iudicia esse affectus ostendens, neque superue-
nientia iudicio, verum motiones aliquas aliarum facultatum irrationabiliũ, quas
Plato appetitoriam & irascibilem nominauit. Quum autẽ multa ad veteris pla-
25 citi demonstrationẽ prodiderit, quę sanè præclara sunt ac opportuna, eadẽ iupe-
riori libro, qui totius operis quartus est, conatus sum breuiter ad cõmentarij cal-
cem explicare. Etenim in prioribus ipse ex meo ingenio percensui, quę euidenter
apparentia cum Chrysippi placito pugnant, & quę sibi met contradicens ipse
protulerit, non remoratus acculatore externum. Suffecerãt igitur & illa ad de-
30 monstrandum plures esse facultates, quibus concupiscimus, irascimur, ratiocina-
mur, & non vnam, veluti Chrysippus autumat. Apponentur autem non pauca
etiã in hoc adhuc libro, quę Chrysippus ipse sibi cõtraria dicens, contestatur ve-
ris simul & veteri placito. Siquidem alia quę perperam ab eo sunt dicta, quanuis
numero permulta, præterire decreui: tum quia opus prolixum fore, si omnia pro-
35 bẽ coarguam, censeo: tum quia persuasum mihi est, eos qui Chrysippi placita col-
laudant, præ litigandi studio, quo erga veteres afficiuntur, iritatus de ipsis mihi
contradicturos. At in quibus ipse se deicit, pugnatque cum manifestò apparen-
tibus, in his puto forsã reuereri posse aliquem, & transire ad meliora, quẽadmo-
dum & Posidonius factitauit, reueritus fallò palam dogmati aliorum Stoicorum
40 suffragari, qui eo veniunt contentionis, vt cum rationalis facultatis affectus esse
dixerunt, non concedant animalia irrationalia eorum habere communionem,
plurimi ne pueros quidem, quoniam scilicet & hi nõdum rationis cõpotes sunt.

*Affectibus anime sola
iracundia in corde.*

*Affectus dixerunt aliqui
et rationalis facultatis*

Sophiste e videtur veris
contradictum.

Affg

Itaque tam impudenter aduersus ea, quæ omnibus hominibus euidenter appa-
rent, resistere, ad sophistas pertinet. at quod neque ea quæ statuerunt, tueri possint,
sed contraria ipsis scribant, hominum est in dicendo non exercitatorum, qualis
etiam admirabilissimus ille Chrysippus in multis operibus deprehenditur. Verum
de alijs alibi. de animi affectibus, quod non rationalis facultatis existant, iam sa-
ne etiam superior liber absolutus est, quem ipse audiens, consentiet. Nihilominus
& hic absoluetur, hinc factio initio: Affectum animi motionem quandam præter
naturam, rationis expertem esse, non veteres tantum, sed Chrysippus quoque con-
fiterur. Quinetiam quod motus hic ciuiliū animis non innascitur, apud utros-
que in confessio est, Qualis autem sit prauorum anima, tum in affectibus, tum ante
affectus, non itidem exponunt. Chrysippus nanque ipsam respondere ait corpo-
ribus, quæ in febres, aut alui profluuium, aut aliud quoddam eiusmodi, leui ac for-
tuita occasione incidere sunt idonea. At Posidonius similitudinem ipsius dānat.
oportere siquidē ait non his, verum simpliciter sanis corporibus prauorum animā
assimilare. siue enim ob magnas causas, siue ob paruas febricitet, nihil interesse ut
patiantur ea, & in affectū quomodocumq; modo ducatur. Verum eo quod hæc
facile, illa difficile incidunt, inuicem differre. Non igitur recte à Chrysippo assimi-
lari dicit animi sanitatem, corporis sanitati: morbum verò, corporis constitutio-
ni, qui facile in morbum incidat. Quippe sapientis animam scilicet nullis ob-
noxiam affectibus fieri, corpus autem nullum illis esse liberum: verum iustius exi-
stere, ut prauorum animæ, vel corporis sanitati, quæ facile in morbum incidit (sic
enim appellauit Posidonius) vel ipsi morbo assimilentur: esse enim vel morbosum
quendam habitum, vel iam laborantem. Cōsentit autem Chrysippo & ipse, tanq̄
egrotare dicat animo omnes prauos, similetq; morbum ipsorum commemora-
tis corporis constitutionibus. scribit sic ad verbum. Quare & morbus animi si-
milis est, non quemadmodum Chrysippus existimauit, morbosum corporis habi-
tui prauo quo suffertur impetu, non circuitione, qua in febres incidit, sed magis
similatur animæ morbus vel corporis sanitati, quæ promptè in morbum prola-
bitur, vel ipsi morbo. Est enim corporalis morbus habitus iam ægrotans. At qui
à Chrysippo morbus dicitur, facilitas potius cadendi in febres apparet. In his sa-
ne laudo Posidonium, q̄ prauorum animas, quum extra affectus constiterint, sa-
nis corporibus similiter habere prædicat. Non probo autem quod eiusmodi cō-
stitutionem morbum nominet. Oportebat enim, si recte studiosorū animas vel-
let assimilare, dicere, simili corporibus modo, quæ ab affectibus sunt immunia, i-
p̄as habere, siue sunt, siue non sunt quædā huiusmodi. superfluū enim quantū ad
propositū, hanc similitudinē considerare. At procidentiu in morbos corpora, bo-
no habitu præditis mediocrium virorum, sanis sine bona habitudine, vulgarium
autē & prauorum, ijs qui propter exiguā occasionē laborant, irascentiu aut furi-
bundorū, aut summatim affectu aliquo obessorū ijs qui iā egrotāt. Sed enim ca-
uisse mihi videtur, ne in omnibus à Chrysippo dissentiens deprehendatur. Quā
enim aliā causam dicas, eius quod animi morbū ipse constitutioni corporū, tum sa-
norū, tum iam laborantiū constitutioni similet? Non enim ambobus, verū solis æ-
grotantibus animas laborantes cōparasse erat iustius. Quippe vnare, puta animi
morbus, nequit duabus contrarijs rebus, sanitati pariter & morbo assimilari. Si
enim hoc, etiam sanitatem morbo persimilem esse oportebit. Siquidem animæ

modi sunt
sanitas
morbus
sanitas
morbus

morbo vtrunque ipsorum assimilauit. Quippè quæ eidem similia sunt, omnino
 etiam inter se similia sunt. At Chrysippus absurdus adhuc, ne in circuitu quidē
 morbis quibusdam consistentibus, veluti tertianis aut quartanis febribus, animi
 5 morbum assimilari concedit. Scribit itaq; hunc in modum. Cogitandum igitur
 animi morbum febrili corporis constitutioni esse simillimum, qua non circuitus
 10 modò, sed inordinatæ febres horrorésq; oboriuntur, & præsertim à dispositione,
 paruisq; superueniētibus causis. Haud noui quæ tandem ipsius sit opinio. Alios
 proclives ad morbum, ægrotare iam dicit: ægrotantes autem modò, nequaquam
 ægrotare. Nam qui in quartanis, tertianisque periodis sunt, quum quidem cōcu-
 15 tiuntur & febricitant, affectu detinentur: quum autem morbosa ipsorum con-
 stitutio cōmouetur, nihilq; horum ipsi patiuntur, sed in dictis interuallis existūt,
 extra affectus sunt. Morbosam vero cōstitutionem similauerit aliquis, meo iudi-
 cio, ijs qui vel lugent, vel amant, vel inuident, vel huiusmodi quodam alio vrgen-
 tur affectu. Siquidem in quocūq; tempore vel somniant, vel apud alium quēdam
 20 mentem habent, extra affectum feruntur. Paulo post vbi ipsorum meminerint, in
 constitutionem quandam febrium insultibus perfimilem deueniunt. Quibus ve-
 rò neq; luctus obuēnit, neq; cupiditas quædam, vel iracūdia recēs, hi ijs qui cor-
 poribus sani sunt, similiter habent. Quoniam verò & horum ipsorum nonnulli
 facile capiuntur morbis, nonnulli minus, & inter eos qui animo valent, alij his, alij
 25 illis similiter habebunt, non tamen dicentur animis ægrotare. siquidē ne illi qui-
 dem corporibus. Sed per Iouē, dicet forsā aliquis Stoicorum, quemadmodum
 utiq; dicunt non eandem esse animæ cum corpore proportionem in affectibus,
 morbis, & sanitate. Quidnam igitur o præstantissimi nos ad ipsos dixerimus, assi-
 milatis corporis affectibus morbisq; animi affectus? Cur autem Chrysippus in li-
 30 bro morali de affectibus hæc scribit? nōne enim circa morbidum corpus ars quæ
 dam est, quā vocamus Medicinam? nonne etiam circa animam ægrotantem ars
 quædam habetur? neq; hanc in particulari speculatione ac curatione illis deesse o-
 portet. Quare itidem veluti corporum medico conuenit, tū affectuū ipsis eueniē-
 tium perito esse (vt consueuerunt hoc dicere) tum peculiaris vnicuiq; curationis:
 35 sic & animæ medico incūbit, vt amborum horum, quam licet maximè peritus
 existat. Et quòd ita habeat, didicerit aliquis proportionem cū his ab initio exposita.
 nam proprietas e contrario ad hæc protendens, constituet meo iudicio curationū
 quoq; similitudinem, præterea vtriusq; medicinæ inter se proportionem. Quòd
 itaque nonnulli animæ proportionē cū corpore esse volunt, innotuisse arbitror,
 40 idque non solum ex superius comprehensa sententia, verum ex his pariter, quæ
 deinceps quoque hunc in modum describit. Quemadmodum enim in corpore
 spectatur robor, imbecillitas, firmitas, infirmitas, & vis, ad hæc sanitas, morbus, bo-
 nus, malusque habitus, ac alia quæ post hæc enumerat, affectus, ægritudines & mor-
 45 bi: pari, inquit, modo, proportionem quadā omnibus his, & in anima rationali con-
 sistūt nomināturque. Deinde rursus: Inferā (inquit) rāquam, vt puto, ab huiusmo-
 di proportionem & similitudinem itidem cognominationem in ipsis facta. Quinetiam
 animo quosdā valere dicimus, & infirmari, validos & inualidos esse: ad hæc ægro-
 tare, & sanum esse. Ita etiā affectus eiusque infirmitas dicitur, atque his cōsimilia.
 Manifestò enim in his Chrysippus proportionem quandam animi affectuū cū ijs
 quæ corpori accidunt, seruare cogitat, vitiōrū cū vitijs, ægritudinum cum ægri-

tudinibus, morborum cum morbis, sanitatis cum sanitate, boni habitus cū bono habitu, roboris cū robore, imbecillitatis cum imbecillitate, & summatim omniū quæ simili nomine dicuntur, cū omnibus. Quippe nomen rationemque ipsorū esse eandē, siquidē synonyma ipsa existere pronunciat. quapropter vt quis vniuersim corporis morbū definiat, necessarium huic esse, & animi morbum pari modo definire. Quod itaque Chrysippo institutum est, proportionem vniuersam & interpretari, & tueri, hinc manifestò constat. At si aggressus ipsum facere, non assequitur quod propositum est, haud desistendū est à similitudine, verum disciplina tanquā minimè verax damnanda est. Id verò nihilo minus in subsequenti toto sermone licet, qui in opere morali de affectibus habetur. scribit itaque hūc in modum. Quare etiā pro more Zenoni oratio producta est, Animi morbus, corporis infirmitati simillimus est. dicitur autē corporis morbus esse immoderatio calidi in eo, frigidi, sicci, & humidi. Ac paulò post, Corporis sanitas, bona quædam temperies, & cōmoderatio cōmemoratorū. Ac deinde rursus, Puto enim esse bonam corporis habitudinem, optimā dictorum temperiē. Iterūque deinceps, Dicuntur autem & hæc non abs re in corpore, eo quòd in calidis, frigidis, humidis, & siccis eueniens cōmoderatio aut immoderatio, est sanitas, aut morbus. At in neruis cōmoderatio, aut immoderatio, robur vel imbecillitas, firmitas vel infirmitas existit: in mēbris autem cōmoderatio vel immoderatio, pulchritudo aut turpitudine est. Sed hæc o præclare Chrysippe omnia recte percensuisti: trade autē nobis, vt pollicitus es, proportionē eorū quæ in anima consimili ipsis nomine appellata sunt, aut spicatus à sanitate & morbo. Quemadmodū enim sanitas corporis est cōmoderatio simplicissimarū eius particularū, quæ iam & elementa nūcupamus, calidi dico, & frigidi, & sicci, & humidi: eodē modo etiam erit animi sanitas, cōmoderatio quædam simplicium ipsius particularū: quæ tandem, & quot, quomodoque inuicē se habeant, persequi tibi erit necessarium, si nihil eorum quæ promisiisti, es omissurus. Quinetiam morbus animi similiter immoderatio quædam est, & collocatio inuicem ipsarum harū particularū, quarum cōmoderatio animi erat sanitas. Sunt autem hæc particulæ iuxta Platonis sententiam, irascibilis, rationalis, præterea ad hæc tertia appetitoria: vt seruetur sanitatis & morbi omnino similitudo animi cū corpore. etenim concordēs inuicem hæc tres, & in nullo dissidentes, sanitatem animi efficiunt: discordēs autem & contendentes, morbū. est nāque morbus superius, & in totū magis, veluti paulò antè dictū est. Comprehendimus itaq; ipsius notionē differētia ex quodā natura cōgeneri. sic enim Plato in Sophista definiuit. Quod autē supremè est, demonstratio hæc etiā omnes particulares morbos exactè comprehendit, tum animi nostri, tum corporis, tum aliorum animantium, stirpiūmque. Iam verò in ciuitatibus totis haud operosum est condiscere. sic enim puto, etiam dissidentes ciuitates intestino bello laborare in seipsis dicimus, tãquā ij qui cōgeneres natura in ipsis sunt, ad pugnam descēderint. Hæc sanè generalissima totius morbi notio est: at simplicissimarum particularū inuicē seditio minus hac est generalis, & hac adhuc minus, quā calidi frigidi sicci & humidi immoderatio quædam esse dicitur. Corporis enim hæc solius, & aliorū nullius est morbus, quemadmodū & ratiocinatricis dissidiū nullius aliorū est, præterq; animi morbus. At Chrysippus duplici modo peccat in horū disciplina. Primū, quia ipse secū dissentit in opere ethico de affectibus, quum dicit animi morbū simili nomine cū corporis morbo

corporis morbus qd
 dicat.

appellari. Primo autem logicorū similit ipſum ſolubili & ad corruptionē procliui
 ſanitati: deinde quoniā neq; quod verè pollicitus erat in medicamentario & Ethico
 inſcripto libro, potuit indicare. Quid autē ſit hoc partiū animi inter ſe cōmo-
 deratio, qua valere dicitur & ægrotare, omnes enim ipſius tū affectus tū morbos
 5 in vno quum ſtatuiffet fieri rationali, merito ignorat oſtendere quarum ſit par-
 ticularū cōmoderatio animi ſanitas. Pari modo quū in cōmoderatione partium
 fieri pulchritudinem conſtituiſſet, in immoderatione verò quadā deformitatē, nō
 iniuria neſcit indicare qualiū animi partiū ſymmetria pulchritudo ſit, qualiū ve-
 rō immoderatio deformitas. Atq; ſcribit deinde poſt ea quę paulo ante ipſius ap-
 10 polui, hunc in modū. Quare etiā pulchra vel deformis anima ad portionē dicitur
 20 pro cōmoderatione quadam & immoderatione cuiusmodi nonnullarū partium.
 Quòd igitur ex cōmoderatione quadā & immoderatione huiusmodi nonnulla-
 rum animę partiū, vel pulchrā vel turpem eſſe, dicere oportet, & ſanam & ægro-
 tantē, rectè a Chryſippo pronūciatū eſt. At quę huiusmodi animę particulę ſint,
 15 quum non poſſit dicere, tãquam in vna ſola ratiocinatrice & ſanitatem ipſius &
 morbū, & pulchritudinem & deformitatē conſtituens cogit & applicare rationē,
 & functionum ipſius tanquam partium meminiffet. Ab his quę adieci, ita ſcribit.
 20 Sunt autem partes animę per quas ratio in eo conſtituta eſt, & in ipſa ratione diſ-
 25 poſitio, ac pulchra turpiſve eſt anima, prout principalis particula habet, vel ſic
 ſecundū peculiare partitiones. Quales peculiare partitiones o Chryſippe aſſcri-
 bens, deinde nos à negotijs liberabis? Sed neque hic aſſcripſiſti, neq; in alio tuo li-
 bro, ſed tãquā non in hoc tota ſumma operis de affectibus exiſtat, recedes ſtatim
 ab ipſius diſciplina, & ſermonem in rebus non ad rem pertinentibus produces,
 quū referret morari, & oſtendere quæ tandem ratiocinatricis animę particulæ ex-
 25 iſtant. Quoniā igitur tu prætercurriſti ſiue volens ſiue inuitus ſermonē (nō enim
 poſſum conijcere) ego conabor, placita tua ſequens, tū inuenire voluntatem tuā,
 tū de veritate ipſius conſiderare, initiū ab oratione ſuperius cōprehenſa ſumens,
 30 quæ hunc in modū habet. Sunt autē animæ partes, per quas ratio in ea conſiſtit.
 In memoriā fortè reducens nobis tradita in libris de ratione, quos tu percurriſti,
 tanquam notionum quarundā & præſumptionū ſit collectio. Verū ſi notionem
 ſingulas præſumptionēſq; particulā animi eſſe arbitraris, dupliciter erras. Primū
 enim non animi, ſed rationis has eſſe particulas dicendum erat, quemadmodum
 ſcribis etiam in opere de ratione. quippe non idem eſt anima & ratio. præſertim
 in ſuperiori oratione oſtendiſti rationem vnum aliquod eſſe eorum quæ in anima
 35 conſiſtunt. Non idem verò anima eſt, & id quod in ea conſtituitur. deinde ſi hoc
 quoque aliquis irreprehenſibile permiferit, certè notionem & præſumptionem, non
 particulas animæ, ſed actionem quãdam eſſe dicere oportet. Nihil autem ex pro-
 prijs functionibus compositum eſt, neque oculus, neq; auris, neque manus, neque
 40 crus, neq; aliud omniū quicquam: verum ſunt actionem quidem oculi, coloris cuius-
 que diſcretiones, albi & ingri, flauis & gilui, aliorumque omnium: ſicuti & auris
 ruriſ vocum, acute, grauis, magne, parue, lenis, & aſperæ. non tamen hæc ſunt par-
 ticulę vel auris, vel oculi. Verū nouiſti ſanè & tu manifeſtò cornu ſpecie eſſe quã-
 dam tunicā, & acini ſpecie alteram: præterea humorē, & cryſtallum, & vitrum re-
 præſentantē, aliãſque huiusmodi oculorum particulas, quẽadmodum & oris oſſa,
 45 cartilagineſ, neruoſ, membranaſ, acid genus aliaſ. Ne igitur in anima particulas

functionibus cōfundito. siquidē notiones p̄sumptionēsq; animę actiones sunt, veluti ip̄sē tu alibi doces. item auditorius sp̄ritus, visōriūsq; p̄tērea voci & generationi dicatus, ad hęc omnia, principatui animę peculiaris, in quo etiā rationē aiebas consistere, ex qua potissimum particula, animę deformitatem & pulchritudinem innas̄ci ei refers. Hic itaque sp̄ritus duo sanē possidet, & elementa constitutionēsq; per tota inuicem temperata, frigidum & calidum. in alijs quoque nominibus à substantia voles ipsa appellare, aërem & ignē, imò mādorem quendam assumpserunt à corporibus, in quibus peruiuisunt. sed mirarer si horū commodationem, sanitatem aut pulchritudinem principatus animę esse volueris. Nam corporis ipsius sanitatem in his collocare conueniebat: principalis autem animę, non item in his, ne ip̄sō quoque te authore. Abolitum itaque nobis totum exemplum, & cognominationis promissio omnino euanes̄cit, dū non possumus ostendere eodem in principatu animę morbum aut sanitatem, aut pulchritudinem aut deformitatem, quemadmodum in toto corpore consistere. etsi hoc prius promiseras, rectē intelligens seruānsque omnium dictorum notionē, non tamen persequi in totum potuisti, neque interpretatus es tum proportionē, tum similitudinem quomodo animę propria corpori innas̄cantur. Rursus itaq; sermonem repetam, vt aliquem finem abunde nunc consequatur. Morbi notionem in primo de affectibus Chrysippus comprehendit, respondere inquiring animi morbum corporis constitutioni, qua facile in febres aut alui profluuia aut huiusmodi aliquid prolabitur. At in therapeutico morbi notionē seruauit, nihil sollicitus quod ip̄sē sibi aduersaretur: exponere verò, vt pollicitus erat, animę morbū vnā cum alijs quibus respondere ipsam ait corpori, omnino non potuit, p̄tēter quod etiam in idem confundit tum sanitatem animę, tum pulchritudinem. Etenim in corpore adamussim ea distinxit, sanitatem in elementorū symmetria collocans, pulchritudinem in particularū cōmoderatione. Id quod manifestò indicauit oratione paulo antè cōmemorata, vbi sanitatem corporis in calido, in frigido, sicco, & humido cōmoderationem esse affirmat: quæ nimirum corporū sunt elementa. Pulchritudinem verò non in elementorum, sed in particularum cōmoderatione consistere arbitratur, digiti ad digitum scilicet, omniumque ipsorū ad volam & brachiale, & horum ad cubitum, cubiti ad brachium, & omnium ad omnia, quemadmodum in Polycleti regula scriptum est. Omnes nāque corporis cōmoderationes, quū in illo cōmentario Polycletus nos docuisset, opere sermonē ponderauit, fabricatus statuam iuxta sermonis exordia, & vocans etiā ipsam statuam, veluti & commentarium, regulam. Pulchritudo sanē corporis in particularum cōmoderatione, secundum omnes & Medicos & Philosophos cōsistit: sanitas verò, elementorum rursus, quæcūque sint, inter se est cōmoderatio. siue enim ex corpusculis & meatibus, vt Asclepiades putauit, animātium corpora constāt, horum cōmoderatio est sanitas: siue ex atomis, vt Epicurus: siue ex similaribus, vt Anaxagoras: siue ex calido, frigido, sicco, & humido, quemadmodum & Chrysippus opinatur, omnesq; Stoici, atq; ante ipsos Aristoteles, Theophrastus, & ante hos adhuc Plato & Hippocrates, elementorū in omnibus cōmoderatio sanitatē efficit. Si igitur aliquis volet omnem ipsorum proportionē in corpore, ijs quæ in anima sunt, cōseruare, vt promisit Chrysippus ostendere, hūc oportet ex quibus simplicibus veluti elementis, composita sit tota anima, vt in horum inuicē com-

Sanitas in elementorū
Symmetria

Polycleti regula

pulchritudo in quo
consistat.

Asclepiades

Sanitas in elementorū
commoderatione

moderatione sanitatē & morbum ipsius fieri deprehendat, id quod Plato factita-
 uit. Verum Chrysippus neq; hanc potuit docere similitudinē, etsi pollicitus, neq;
 pulchritudinis animæ: sed in idem pulchritudinē cum sanitate cōfudit. Nā secūdū
 5 proprias sermonis partitiones pulchram aut turpē fieri animam dixit: sana autem
 vel morbida quomodo fiat, reliquit, in idem puto ambo confundens, vt qui ne-
 queat exactē distinctimq; de iplis disputare, quemadmodum Plato fecit tum in
 alijs quibusdam, tum in Sophista, partium animæ inter se discordiā, animę mor-
 10 bum esse affirmans: efferatos autē & immodicos ipsius motus, hoc est, functiones
ex animi impetu profectas, turpitudinem: sicuti & partiū ipsius inter se concor-
 diam, commoderationēq; sanitatem: motuum vero mediocritatem, pulchritu-
 dinem. Sicut enim corpus pulchrum in partiū commoderatione generationem
 obtinet, eodem modo in functione pulchra propter particulariū motuū cōmode-
 rationem fieri: ita sanē & saltare, & Pancratium ludum agere, luētari, & ire decēter
 & pulchrē nonnulli dicuntur: alij verò indecorē & turpiter. Sanē in commodera-
 15 tione motionum particularium, pulchritudo actionum est cognita: ex immode-
 ratione turpitudō. Platonis verba ex Sophista sic habent: Duæ species malitiæ
in anima dicuntur. Altera veluti morbus in corpore, altera veluti turpitudō in-
 nascens. Non intelligo. Morbum forsā & discordiam nō idem putas? Neque ad
 hoc quid respondendum sit habeo. Vtrum aliud quippiam seditiōē arbitraris,
 20 quā eius quod natura connatū est, discordiam ex corruptela quadā proueniē-
 tem? Nihil aliud. Turpitudō ne aliud quippiam est, præterq̄ immoderationis vn-
 diq; deformatum genus? Nequaquā aliud. Sic in vniuersum de morbo & turpitu-
 dine, quale natura vtrunque ipsorū existat, Plato nos docuit, & quomodo animis
 innascentur, deinceps tradens de morbo hæc quoque scribit: Iā in anima nonne
 25 opinionēs cum cupiditatibus, & iracundiā cum voluptatibus, & rationem cū do-
 lore, atq; omnia inter se hæc in prauē affectis sentimus dissentire? Vehemēter sane.
 Congenera tamen necessario hæc sunt vniuersa. Cur enim non? Discordiā itaq; &
 morbū animi grauitatē dicētes recte pronunciabimus. Deinde rursus, quomodo
 turpitudō animis innascatur, pertractans, ait: Quid autem? Quē motum partici-
 30 pant, & scopum quendam sibi præfigunt, ac dū hunc contingere nituntur, in vno-
 quoq; impetu præter ipsum feruntur & aberrant, vtrum ijs dicemus à cōmodera-
 tione inter se mutua, vel contrā, ab immoderatione hæc accidere? Nimirū ab im-
 moderatione. Atqui animam nouimus omnē non sua sponte quiduis ignorare.
 Hæc sane in Sophista Plato tradidit & generatim & membratim de sanitate &
 35 pulchritudine, turpitudine & morbo: vniuersim quidem notione ipsorum sub-
 scripta: membratim vero, quomodo animis innascentur, tradito. Reliqua ipsius
 verba non pauca, in plerisque commentarijs, vbi de sanitate & pulchritudine, tur-
 pitudine & morbo disseruit, huc apponere non mihi videtur in præsentia oppor-
 tunū. Sed quia de sanitate & morbis disputatio nobis finitur, ostendēdo similiter
 40 Hippocratē & Platonē de ipsis sentire, plenius in illis huiusmodi verborū memi-
 nero. Nūc autē, quia non absolute de pulchritudine, aut sanitate, aut turpitudine,
 aut morbis: neq; de solis corporis, sed de animi affectibus nobis disputatio propo-
 sita est, reliqua omitemus: id solū quod institutū est, repetā. Institui verò ostēde-
 re, neq; in vna animę particula, neque in vna ipsius facultate tū iudicia fieri, tū af-
 45 fectus consistere, quemadmodū Chrysippus affirmabat: sed etiā facultates ipsius
 plures esse diuersi generis, & particulas plures. Facultates sane animæ quibus ap-

anime morbus quādo
 turpitudō quādo

petimus. irascimur, ratiocinamur, tres esse numero & Posidonius & Aristoteles fa-
 tetur. Quòd autè & sedibus ipsæ inuicè disjunctæ sint, & anima nostra non modo
 multas in se vires habeat, sed etiam composita ex particulis sit diuersi generis, &
 substantia differentibus, Hippocratis est & Platonis placitum. ac à me sanè multa
 iam de veritate ipsius superius dicta sunt, multaque in subsequèntibus dicentur. }
 Nunc ad Chrysippum rursus reuertor, qui neq; commemoratas facultates in a-
 nima nostra esse fatetur, sed omnem & actionem & affectû in sola rationali parte
 consistere tuetur: neque quomodo affectibus obortis mederi conueniat, neque
 quomodo ne fiant, prohibere, edoceat. Pugnat itaque & in hoc cum seipso, sicuti
 in plerisque alijs: in priore sanè libro de anima constituens has animæ facultates }
 esse, quas superiori libro appositis ipsius verbis in dcaui: in libris autem de affecti- }
 bus iudicia quædam esse rationalis animæ partis affectus pronunciaas. Sed nos quæ
 quidem verè dixit, testimonia & Hippocratis & Platonis dogmatum non vulga-
 ria esse putamus, prolataque à viro non prudète tantum, sed etiam quouis modo
 vetus placitum euertere conante. nam de huiusmodi quæ violenter assumuntur, }
 testimonium à veritate solet fieri. digressi rursus ad alia quæ ab eo ad rem propo- }
 sitam scripta sunt, ostendemus quomodo etiam horum nonnulla ijs quæ ipse di- }
 xit, non consentiunt: nonnulla rursus euidentibus repugnant: quædam in ambo- }
 bus peccant. Ac primum repetamus id vbi superius comprehensa mihi disputa- }
 tio desijt, nempe sanitatem & morbum, turpitudinem & pulchritudinem ani- }
 mæ in partibus ipsius fieri, partèsq; has notiones & præsumptiones esse con- }
 cedamus ei primum. Quod enim omnino non oportet inter actiones, morbum }
 vel sanitatem, sed turpitudinem aut solam pulchritudinem collocare, compre- }
 hensum à me prius est. Quòd autem neque si quæ sita concesserit, sequentia rectè }
 dicta sint, nunc ostendere tentabo. Si enim dum pugnant duo inuicem iudicia, }
 affectus generantur, necessitas cogit, ex duobus his iudicijs vel alterum esse verû, }
 alterum fallum, vel vtraque falsa, si quis etiam hoc concesserit. habet enim quan- }
 dam logicam inquisitionem. Siue autem ambo falsa, siue alterum ipsorum ve- }
 rum esse dixerimus, neutiquam pugna iudiciorum erit affectus. Verum si æqua- }
 ueris aliquo modo inter se iudicia, vt ad fidem adhibeas, necessarium nobis erit }
 de rei substantia agere. sin alterum videatur longè fide dignius, concedere qui- }
 dem & agere nonnihil iuxta concessionem, non inconsideratè autem, quemad- }
 modum si etiam aliquis voluptatem bonum esse putans habeat aliquid quod in }
 diuersum modicè retrahat: vel si solum honestum bonum existimans, tamen ad- }
 huc & ipse habeat opinionem aliam contrariantem, ne plene credat: vel si quem- }
 admodum qui examinans vtraque eiusdem pretij collocat, contineat se ne af- }
 firmet concedatq;. In nullo enim huiusmodi affectus consistit, sicuti & ipse Chry- }
 sippus manifestò indicauit verbis quæ superiori libro apposui, vbi ait, Non erra- }
 bunde fertur, & prætergressus aliquid secundû rationè, ac quæ huiusmodi ascripsit }
 affectum constituere: verum quû animi impetus rationi fit inobediens, vt & hic }
 rursus sibi nonnihil contradicere Chrysippus inueniatur. siquidem affectû à iudi- }
 cijs peccantibus segregans, rursus in iudiciorum inuicem consensu, & morbos a- }
 nimi, & affectus consistere dicit. Ne igitur miremur adhuc quòd affectuum cu- }
 rationes rectè quidem Plato conscripsit, vt Posidonius ipsi attestatur: prauè }
 autem Chrysippus. Qui enim neque omnium affectuum causas pronunciare }
 45

ausus, sed in principalissimis dubitare se confessus, ut superiori libro ostensum est: neque in quibus pronunciare aliquid ausus est, rectè protulit, hic, mea sententia, non poterit curationem ipsorum ut decet moliri: sed quòd dixi iam & antea, si quis quatuor Chrysippi libros coarguat, multo pluribus commentarijs ei opus erit.

5 Quæ igitur maximè ad institutù nobis opus necessaria sunt, hæc duntaxat persequemur, ac primù ipsorum præponemus, quod de puerorum dispositione dicitur. Neque enim à ratione impetus ipsorum moderari, possis dicere, ut qui rationem necdum habeant: neque quòd non irascantur, doleant, gaudeant, rideant, plorent, atque eiusmodi alijs innumeris affectibus implicentur. Multo enim &

10 plures & vehementiores affectus pueris quàm adultis oboriuntur. non tamen hæc Chrysippi placitis consentanea sunt, sicuti nec quòd ne vna quidem proprietates natura ipsis insit ad voluptatem, aut alienatio ad laborem. Etenim inclinant à nullo docti magistro omnes pueri ad voluptates: auersantur autem, fugiuntque labores. Videmus eos ipsos & irascentes, & calcitrantes, & mordentes, ac vincere

15 cupientes, etiã compotes fieri eiusmodi, quemadmodù nonnulla animantia nullo præmio proposito præter ipsam victoriã, id quod euidenter apparet in coturnicibus, gallis, perdicibus, ichneumone, aspide, crocodilo, alijsque infinitis. Sic itaque peculiariter inclinare etiã pueri videntur, & ad voluptatē, & ad victoriã: quemadmodù paulopost ostendunt, ubi processerint ætate: quoniam ad honestù naturalem

20 lem quandam proprietatem habent: peccantes pudefiunt, gaudentque honestis operibus, & iustitiam aliãque virtutes amplectuntur, ac faciunt multa secundum harù virtutum notiones: prius, quàm adhuc essent parui, ex affectu viuentes, ac nullã præceptorù ex ratione curam habentes. Quù itaque hæ tres proprietates nobis

25 natura in vnaquaque particularù animi specie insint, ad voluptatē sanè propter appetitoriã, ad victoriã verò propter irascibilem, ad honestum propter ratiocinatricem: Epicurus sanè infimæ animæ particulæ proprietatem solum conspexit: Chrysippus autem optimè dixit peculiariter nos affici erga solum honestum, quod est nimirum & bonum. At vniuersas tres proprietates perspicere solis

30 veteribus philosophis licuit. Relictis itaque duabus, Chrysippus merito ambigere se dicit quomodo prauitas generetur, quum neque causam ipsius possit dicere, neque consistentiæ modos, neque quomodo pueri peccent, queat inuenire, quæ bona ratione opinor omnia etiã Posidonius in eo damnat coarguitque. Si enim ad honestum protinus ab initio peculiariter pueri ducerentur, malitiã non interius,

35 neque ex ipsis, verù extrinsecus solum innasci ipsis oportebat. At qui videntur etiã si probis moribus educantur, & ut par est erudiãtur, omnino aliquid peccare: atque hoc ipsum Chrysippus quoque confitetur, licet conueniebat ipsi euidenter apparentia prætergresso, hoc solum concedere, quòd proprijs hypothesibus erat consentaneu: qui ipsos omnino pueros, si probè omnino educati fuerint, in viros

40 sapiētes temporis processu euasuros affirmet: sed non ausus est hoc aduersus euidentia mentiri: verum quãuis sub philosopho duntaxat educantur, & nullù neque viderint, neque audiuerint vnquã malitiæ exemplù, tamen non necessario ipsos philosophiæ incubituros. duplicē nanq; causam esse peruersitatis: alterã ex vulgariū hominum instructione innascētem: alteram ex ipsa rerum natura. Ego verò de vtraq; ipsarum dubito, & prima quæ ex familiaribus oboritur. Etenim cur qui

45 vidit audiuitque malitiæ exemplum, non oderit hoc, & fugit, eo quòd nullã pro

*pugna multorum animalium
pro sola victoria.*

prietatem erga ipsum habeat, mirari mihi subit, & multo magis quam neque visus, neque audito eo, ab ipsis rebus decipiatur. Quæ enim necessitas pueros à voluptate tanquam bono inescari, ne unam quidem proprietatem erga ipsam habentes: auersari autem & fugere laborem, si non & ab hoc natura alienati sunt? Quæ rursus necessitas laudibus & honoribus oblectari, & ipsis gaudere: odisse autem & fugere reprehensiones & ignominiam, si non etiam ad hæc natura inclinationem quandam habent, alienationemque? Si enim non verbis, sed virtuti eorum quæ dicuntur, Chrysippus videtur consentire, quod insit nobis natura proprietatis quædam & alienatio: quippe quum dicat peruersitates de bonis & malis innasce prauis, propter imaginationem, probabilitatem, & institutionem: causa ab eo roganda est, cur voluptas quidem ut bonum, dolor autem ut malum, probabilem obijciunt imaginationem. Ita rursus cur victoriam in Olympiadibus, & statuarum erectionem laudari extollique tanquam bona à vulgo audientes, de succubitu autem & ignominia tanquam malis, facile persuademur. Quinetiam hæc Posidonius criminatur, tentatque ostendere omnium falsarum opinionum causas, in speculatio sane per affectuum attractionem: præcedere autem ipsam falsas opiniones, ubi ratiocinatrix circa iudicium fuerit imbecillis. oboriri enim animali impetum nonnunquam sane propter ratiocinatricis iudicium, sæpe verò ob motum partis affectibus obnoxie. Connectit autem merito his rationibus Posidonius ea quæ in naturæ habitu apparent. Etenim animalium ac hominum, quæ latius pectoris & calidiora sunt, omnia naturam habent iracundiorum: quæ verò latis coxis constat, & frigidiora sunt, timidiorum. Et secundum varietatem, non parum quiddam moribus homines ad timorem & audaciam, vel voluptatis laborisque studium differunt, tanquam affectuum animi motibus, corporis dispositionem quam ex aeris temperatura non modice immutari contingit, sequentibus. Quinetiam sanguinem in animantibus differre, calore, frigiditate, crassitia & tenuitate pronunciat: item alijs non paucis differentijs: de quibus Aristoteles plenissime tractauit: nos autem suo tempore sermonis processu mentionem ipsarum faciemus, quando etiam eadem tum Hippocratis tum Platonis verba de istis ascribemus. In presentia verò ad Chrysippum oratio mihi instituta est, qui neque aliud eorum quæ secundum affectus sunt, cognouit, neque quod corporis temperamenta peculiare ipsis affectuum motus efficiunt: ita namque Posidonius nominare consuevit: Aristoteles contra vocat animalium omnes huiusmodi animæ perturbationes, exponitque quomodo ex diuersis temperamentis constituantur. Quare mea sententia etiam affectuum animi curatio in nonnullis quidem prompta & facilis est, eo quod neque affectuum motus ipsis insint validi, neque ratiocinatrix pars imbecillis natura, & imprudens, sed propter inscitiam, prauasque consuetudines id genus hominum ex affectu viuere cogatur. Nonnullis vero difficilis & ægra, quum motus affectuum qui ex corporis constitutione necessario obueniunt, magni extiterint, & vehementes, ratiocinatrixque imbecillis facultas & imprudens. quippe & hanc veri scientiam indidisci oportet, ac affectuum motus retinere, pro his institutionibus assuescentem, si quis hominem moribus præstantiorum redditurus est. Sic autem & ab initio hominem ad optimum conformare oportet, ante omnia quidem ipsorum seminum ratione habita, deinde victus quo grauidantetur, & in alimentis, & potionibus, & exercitijs, & quiete, & somno: de quibus omnibus Plato accuratissime disseruit: Chrysippus non solum ipse nihil huc pertinens dixit, sed ne successorum quidem ipsius alicui inuentionis occasionem

lati pectoris iracundiores.
cura longa hinc timidi.

ad virtutem quatuor sit homo
ab initio instituendus.

reliquit, pravam induens sermoni crepidā. Hęc utiq; Posidonius ei obijcit, ac miratur quę Plato de conformatione infantium qui adhuc in vtero geruntur, tradidit editorum autem alimēto & institutione: ac conscripsit veluti compēdium aliquod in primo ipsius de affectibus commentario, eorum quę a Platone dicta sunt, scilicet oportere pueros educari & institui, ut reddat partē animi affectibus opportu-
 5 nam, & irrationalem, motibus commoderatam, ac rationis mandato morigerā. Hic enim optimus est puerorum institutionis apparatus, facultatis animę affectibus obnoxia, ceu ad ratiocinatricis dominiū maximē idoneus. exiguā enim primū & imbecillem esse hanc, magnam vero & valentem circa quartumdecimum ætatis annum euaderē, quando iam dominari & imperare ipsi conuenit, tanquā aurigā
 10 quendā, pari connatorum equorum, cupiditati & iracundię, dum non valentes nimium sunt, neq; imbecilli, neq; pigri, neque effrenes, neque contumaces omnino, vel indecori, vel contumeliosi, sed in omne prompti, tum sequi, tum obedire rationi. Huius autem ipsius institutionem virtutemque scientiam esse rerum naturę, quę admodum aurigę, speculationum artis aurigandi. nā in irrationabilibus animę viribus
 15 scientias non innalci, sicuti nec equis, sed his sanē propriā virtutē ex cōsuetudine quadā irrationali proficisci: aurigis autē ex disciplina rationali. Porro sequitur rursus hęc etiā de virtutibus sermo ipsas continens, duplici errore, siue scientias quis ipsas, siue vires existimet. Siquidem irrationalium anime partium necesse irrationales quoque virtutes esse: ratiocinatricis autem solius rationalē. quapropter merito
 20 illarum sanē virtutes, vires sunt: solius autē ratiocinatricis, scientia. At Chrysippus vehementer errat, non solum quod ne vnā quidem virtutem, facultatē fecerit, non enim magnus is error est, neque in hoc dissentimus, sed quod multas & scientias & virtutes esse locutus, vnā esse animę facultatem dixerit. Quippe fieri non potest, ut vnus facultatis multę sint virtutes. siquidem ne vel abolutissime, multę vnus rei esse poterunt. Vna enim cuiusq; eorum quę sunt perfectio est. at perfectio cuiusq; naturę virtus est, ut ipse fatetur. Excellit itaque inter præstantissimos Chius, neque multas esse animę virtutes pronuncians, sed vnā, quam bonorum malorumque scientiam esse tuetur: neque de affectibus contraria suis hypothesis
 30 scribens, quemadmodum Chrysippus. Verū de virtutibus postea agetur. At quia etiam in his Chrysippus calumniatur Platonem (sequuntur enim quodammodo virtutes placitū de affectibus) meminisse eius pariter quod de virtutibus necessario sequitur, quemadmodum & Posidonius inquit, ita scribens ad verbū in primo de
 35 affectibus, non multo post libri initiū. Puto enim considerationē de bonis & malis, item de finibus, insuper de virtutibus speculationem, ex ea quę de affectibus est rectē pēdere. Quod itaque opinionē de virtutibus rectē ei quę de affectibus est coniungi accidit, abundē à me ostēsum arbitror. Quod autē & de bonis & de fine opinio cōiuncta est, sufficit mihi Posidonij verba scribere, quę hūc in modū habēt:
 40 „ Affectuū causa, hoc est, dissensionis & infelicis vitę nō per omne sequi geniū ī se, & connatū, & naturā habentem similitudinem ei qui totū mundū gubernat: cū deteriore
 „ verò & animali nonnūq̄ declinando efferrī, hoc prætergressi, neq; in his affectuum
 „ causam, neq; in ijs quę de felicitate & consensu sunt, rectē opinantur: quippe non
 „ vidēt primū esse in ea, in nulla re duci ab irrationali, infelici, & dei experte anima.
 In his manifestò Posidonius docuit quantum Chrysippi sectatores aberrent, non
 45 solum in disputationibus de affectibus, sed etiam de fine. Nō enim est ut illi dicti-

tant, sed ut Plato tradidit, naturæ consentaneam vitam agere. Quum enim in nobis alia potior sit animæ pars, alia deterior: qui potio- rem sequitur, consentaneam naturæ vitam agere dicitur: qui deterio- rem magis æmulatur, repugnantem. hic autem ex affectu, ille secundum rationem vivit. Porro non contentus his Posidonius, e- uidentius vehementiusque; Chrysippi sectatores attingit, qui non rectè finem
 » interpretentur. Habet autem verba in eum modum. Quæ sanè præmittentes nonnulli
 » id quod est cum consensu naturæ vivere, contrahunt in hoc: omne quod potest fieri,
 » agere causam primorum secundum naturam, simile eis facientes, qui scopum proponunt
 » voluptatè, aut tranquillitatem, aut aliud quippiam eiusmodi. Est autem quod pugnam
 » ostendat in ipsa impetus elatione, honestum autem & felix nihil comitatur enim
 » necessario finem: finis autem non est: sed hoc quoque distincto, rectè licet eo uti ad
 » ambiguitates auferendas, quas sophistæ producunt, non tamen vita est secundum
 » experientiam eorum quæ in tota natura eueniunt: quod idem valet, ac si dicas con-
 » sentanea naturæ vita, quando non hæc parum decenter in differentiis deducere licet.
 Sufficiebat itaque forsitan & hoc ad absurditatis indicationem eorum quæ Chrysi-
 » pus de fine dixit, exponendo quomodo quis vitam naturæ consentaneam assequa-
 » tur. Melius tamen puto etiam post hæc, à Posidonio scripta apponere, quæ hoc
 » modo sonant: Hanc sanè absurditatem causa affectuum visa dissoluit, ac principia
 » peruerſitatis in rebus appetendis fugiendisque; indicauit, ac modos exercitationis di-
 » uisit. Item quæ de affectus impetu dubitantur, declarauit. Non exigua, neque vulga-
 » ria inquit nos consecuturos bona, causa affectuum inuenta. nam ut discamus ex-
 » actè quale tandem sit vita naturæ consentanea, ex inuenta affectuum causa adiuti-
 » sumus. Siquidem qui ex affectu vivit, non consentaneam naturæ vitam agit: qui
 » non ex affectu, consentaneam naturæ transigit. Sequitur enim hic irrationalè &
 » attonitam animæ partem, ille rationalem & diuinam. Porro initia peruerſitatis in
 » rebus appetendis fugiendisque; causa affectuum inuenta edocuit. nam propria facul-
 » tatibus animæ irrationabilibus, nonnulli decepti tanquam simpliciter propria o-
 » pinantur, ignari quod voluptas & imperium in proximos, animalis partis animæ
 » sunt appetibilia. Sapiëntia verò, & omne bonum honestumque, simul & rationalis &
 » diuinæ partis est. Modos autem exercitij, inquit, affectuum causa cognita distinxit.
 » Alios enim in eiusmodi numeris pariter & harmonijs studiisque, alios in talibus
 » viuere iubebimus, quemadmodum Plato nos docuit: hebetes quidem & pigros & ve-
 » cordes, tum in rectis numeris, tum harmonijs animam valide mouentibus, tum eiusmodi
 » studiis educantes: iracundiores autem & furibundos magis tractantes contrariis:
 » quoniam cur per deum immortalem (interrogabo enim adhuc hoc à Chrysippo)
 » Damon musicus tibicinam accedens Phrygium modulantem adolescentibus qui-
 » busdam ebriosis, & insania quædam peragentibus, doricum canere iussit, illi verò
 » statim à motu insulso cessarunt: Non enim nimirum opiniones ratiocinatricis fa-
 » cultatis docentur à cantionibus tibicinæ, sed affectibus obnoxia pars animæ, quæ
 » sit irrationalis, excitatur, mitigaturque motibus irrationabilibus. Siquidem irratio-
 » nali ab irrationalibus & comodum & noxa obuenit: rationali verò ex scientia, bo-
 » naque disciplina. Atque hæc ex affectuum causa cognita accedere nobis ait, & iuuare
 » Posidonius affirmat: & præterea quæ de affectus impetu ambiguntur, declarauit.
 » Deinde ipse quæ tandem ea sint, inferens, hunc in modum exponit: Puto namque nu-
 » per vos vidisse, quomodo ratione persuasi malum sibi adesse, vel inferri, neque timet, 45

neque dolent: imaginationes autem illorum ipsorum capiunt. Quomodo enim
 aliquis ratione mouebit irrationale, si non quandam descriptionem sensibili persi-
 milem adiecerit? Sic igitur ex narratione nonnulli in cupiditatē incidunt, & ma-
 nifestò iussi fugere incurrentem Leonem, non videntes extimescunt. Hęc itaque
 bene à Posidonio dicta sunt. Itē quę hęc subsequuntur, vniuersas exponenti causas
 eorum de quibus Chrysippus ambigebat, ac ego superiori libro ad calcē de eisdē
 disputauī. vnde mihi videor etiam nunc in pręsentia finiturus sermonem, modò
 vnā adhuc subsequētē ipsius orationem ascripsero, quę hunc in modū habet: At
 verò qui prospicere magna mala sibi videntur, non dolent. quippe non secūdam
 irrationalem animę partem feruntur ita, sed secūdū rationalē. Postea rursus hic
 cur affectus tēporis spatio quietiores, imbecilliorēsque redduntur, causam reddit:
 super qua Chrysippus in secundo de affectibus dubitare se cōfessus est. Nos de ea
 ad finem quarti diximus, atque nūc breuiter dicemus, ceu compendiū quoddā Po-
 sidonij orationis, quę prolixior est. Itaque pars animę affectibus obnoxia, tēpo-
 ris spatio, partim repletur proprijs cupiditatibus, partim laborat motibus diutur-
 nis: quapropter amborum nomine ea conuiescente, & mediocriter mota, supe-
 rior esse ratio iam potest: quemadmodum & equo effreni infessorem violēter ex-
 cutiente, deinde laborante simul & cursu, & præterea etiam repleto ijs quę cōcu-
 piuit, rursus auriga superior euadit: id quod sæpe fieri solet. Ac qui iuuenilia ani-
 mantia erudiunt, vbi ipsis concesserint & laborare simul, & fatiari motibus effre-
 natis, postea ipsis insident. De eiusmodi igitur Chrysippus hæsitauit, vt qui ipso-
 rum causas ad partem animę affectibus deditam non posset referre. præterea ete-
 nim & hoc in subsequētib; Posidonius ostendit, non euidentibus solū, verūm
 & Zenoni Cleanthique repugnat. Cleanthis sanè sententiam, de parte animi af-
 fectibus obnoxia, ex his apparere versibus affirmat:

Quid tandem est quod cupis anime? Hoc mihi dicito.

Ego, ratio vt sit rex, omnino postulo.

At dic iterum vt cupio, ista quo fiant modo?

Hos versus responsorios Cleanthis esse dicit Posidonius, manifestò ostendens suā
 de affectibus obnoxia parte sententiā. siquidē introduxit rationē iracūdię colloquē-
 tē, ceu alterū alteri. At Chrysippus neque diuersam animę partē affectibus deditā
 à rationali arbitratur, & affectus tollit à brutis animātibus, quū manifestò libidine
 & iracundia gubernētur, quēadmodū & Posidonius de ipsis copiosius pertractat.

Quę itaque animātia agrē mouētur, & adnata sunt stirpiū modo petris, aut quib-
 buldā alijs eiusmodi, cupiditate sola gubernari ipsa pronūciat: reliqua vero bruta
 vniuersa vtrisque facultatibus vti, & appetitoria, & irascibili, hominē aut solū tribus.
 nā & rationale principiū hūc assumere. Hęc à Posidonio rectē dicta sunt, aliāque p-
 multa ī toto de affectibus opere. Quēadmodū igit Chrysippus ī ipsis, vt ita dicā,
 elementis speculationis de affectibus errās, necessario multa perperā dixit: ita ne-
 cesse est eū q̄ veris vtiq; principijs, modò accuratē ipsorū obseruauerit, totū rectē
 dicere. Sin minus accuratē, certē plurima benè affirmare. Visū iā mihi est pręsentē
 librū hic finire. nā inspicere nūc, qualisnā sententię sit Zeno, diuersū fuerit ab eo
 quod p̄ initia mihi p̄posui. quippe, ne fierē prolixior, ab alijs Stoicis me recessurū
 retuli: sola verò Chrysippi dicta examinaturū. Siquidē neq; qd tādē singuli philo-
 sophi de aīa sentirēt, hoc ope persequi me p̄mittebā, verū quatenus vna sūt Platonis

*Affectus animi tunc
 Ratio dimittitur de
 perit*

& Hippocratis placita examinare. Quare & ea quę contra Chrysippum protuli, propter institutum producta sunt, & Zeno si eadem quę Chrysippus sentit, eorūdē criminū reus declarabitur. Quòd si Platonis sequatur principia, veluti Cleantes & Posidonius, nostrę sic particeps philosophiæ erit. Si verò, quod ego credo, affectus iudicijs superuenire putat, medius erit inter pessimam de ipsis lectam Chrysippi, & optimam, quam tum Hippocrates, tum Plato omnium primi celebrant. Posidonius etiam Pythagoram dicit, quum nullus ipsius Pythagorę commentarius ad nos peruenerit, conijciens autem ex ijs quę nonnulli eius discipuli tradiderunt. Sed quod paulò antè dixi, non historiam veterum dogmatum liber hic docturum me promisit: verū sola quę Hippocrati & Platoni dicta sunt, inspecturum. Ac mihi hoc quatenus licet breuissimè absoluitur. Non enim quia in multos libros opus deductum est, speculari oportet: sed hoc ad multitudinem magnitudinēq; eorum quę inspicimus dogmatum referre, examinare, & inspicere, si de ipsis licet breuius dicere, ita vt nihil necessarium omittatur, sicut hoc etiā ex ipsis quę Chrysippus scripsit de affectibus, licet condiscere. nā quū quatuor libros adeo grādes ipse cōscripserit, vt singuli nostros duplo superēt, nos tamē ne in integris quidem duobus sententiam ipsius de affectibus explicauimus, ita vt etiā eorum quę Posidonius in id opus cōscripsit, meminimus. Iā sanè cōtrouersia contra Chrysippum finē habeat. Puto enim si quis animū prædictis adhibeat, haud ægrè ipsum adinuenturū quę particulatim in toto opere cōmiserit. Sin autem aliquis non hisce attendat, neq; si plura scribantur, attendet. Digrediar iam ad id quod Plato quarto de republica indicauit, puta quòd tres anime particule secundū anime impetū nos mouētes habeātur. At sciendum hic quoq; est, quòd particule inter se differūt, nō necessario demonstrari. Nō enim plures quàm tres esse facultates, aut tres particulas, sermo ostendit: quoniam quòd tres particule sint in totū, siue particule anime, siue facultates vnde vita nostra gubernatur, argumētis inuincibilibus, & quę vel inuito fidē faciāt, & quibus nemo possit cōtra dicere, demonstratū. Quare etiā ex ijs quę modò dicētur, Chrysippi opinio subuertetur: astruet autē cōmune Aristotelis, Platonis, & Posidonij placitum, nempe quod in altera facultate nos ratiocinamur: in altera irascimur: in tertia cōcupiscimus. Quòd verò & substantijs hæc inter se differāt, & multo magis quod in diuersis cōsistāt locis, ex ijs sanè quę modo dicentur, scientificā capere demonstrationē non licet. Sublequenti autem commentario, qui totius operis sextus est, manifestis sumptionibus secundum Hippocratis & Platonis methodos demonstrabitur. At sciendum venit, ipsum quoq; Platonem vim discendarum demonstrationum callere. incepturus enim ipsas, hæc præmisit: Ac certe scito ò Glauco, nos, vt mea fert opinio, nunq̄ ex huiusmodi methodis quibus nunc in præsentī disputatione vtimur, exactè id comprehensuros. Alia enim longior ampliōrque via est, qua tres anime nostrę partes esse demonstrantur, non modò locis corporis, sed etiā substantia, viribus, actionibusque differentes, vt sublequenti libro ostendam, quo & methodum ipsam, quā inibi obscurè significat, sum persecuturus. Cur autem, licet non confidat demonstrationi quā dicturus est, ea tamen vsus sit, constare ei qui animū adhibuerit, arbitror. Quibus nuper dicebamus, Tres esse facultates vitam nostram gubernantes, manifestò ostendit: non autem quòd substantia euariēt. Porro ad propositū ipsis opus in libro de republica, nēpe de iustitia, alijsq; virtutibus

(nā de vniuersis subsequēti sermone verba facit) abūde erat indicasse tres esse facultates genere diuersas. Sic vtiq; & Posidonius opinatus, à Chrysippo recessit, potiusq; Aristotelē & Platonē secutus est. Adieci autē orationi (potius) quoniā in particularibus quibusdam tres hi viri de virtutum differentia dissentire inueniuntur: in conclusione autem inter se conueniunt. Id quod manifestò ostendam, quum in subsequentibus sermonem de virtutibus aggrediar: in præsentia verò demonstrationum, quas Plato in quarto de republica adduxit, iam meminero: præscripta serie, à qua disputationem orditur. Habet autem hunc in modum: Constat planè, idem contraria facere, aut pati, secundum idem & ad idem simul non posse. Deinde fide huius facta, etiam de ijs quæ videntur pugnare, disputans, infert: Nōne annuere & renuere, aggredi aliquid accipere, & auersari, adducere & repellere, omnia eiusmodi inter se contraria pones, siue actiones, siue passiones? nihil enim interest. Dixit ille, Contraria. Quid autem, inquam ego, esurire, sitire, & omnino appetere, velle, eligere, nōne hæc omnia ad illorum species referes quæ modo diximus? Veluti semper cupientis animam, nōne vel aggredi natura illud quod appetit, vel adducere quod sibi adesse eligit? vel nōne quatenus aliquid sibi porrigi vult, annuere, & illud ad se trahere, amantis cuiusdam instar, id vt fiat affectantis? Equidem. Quid verò? nolle, aspernari, negligere, non cupere, nōne in reijciendi repellendique ab ea speciem, & in omnia illis contraria referemus? Quid ni? Hac oratione & subsequentibus vniuersis ostendit animę partē appetitricem diuersam esse à ratiocinante: quomodo etiam in fame, cibis repleti appetimus: in siti, potu. Verum pueri quū sumus, instar brutorū animalium prompte ad repletionem ferimur, neq; an id conducet, neq; an oberit, considerantes. Aetate verò & ratione prouecti, sepe ne bibimus quidem omnino vbi persuasum habuerimus ex potu noxam secuturam, sæpe minus quàm appetimus, si & hic copia obfutura est. interim aquam bibimus, vinum concupiscentes: aut frigidam vehementer appetentes, calidam assumimus. At rationis expertes homines, similiter infantibus & feris, neq; tempus expectant, neq; quantitatem qualitatemq; corporis sustinent inspicere. Quòd autē nec feræ, nec infantes ratione vtuntur, etiam apud Chrysippum in confessio est. At quòd vi quadam alia præter rationem, ad fruendum ijs quæ concupiscunt, alliciuntur, interim fatetur, interim negat, implicās sursum & deorsum orationes: quum liceret virum studiosum veritatis, ex prociñctu colligere vim quandam esse irrationalem, quæ ad corporis fruitionem ducat, non bruta solum, & pueros, sed etiam brutis similes homines. Itaq; ad huiusmodi demonstrationem oratio nos deduxit: priorem, ex consequentia quadam non parum conferentem, neq; eandem cum ijs quæ à Platone dicuntur. Vbi verò iam in viros perfectos non ætate modo, sed etiam ratione euaserimus, ratione iam speculamur quomodo ratiocinatrix facultas cū appetitoria in nobis pugnet, tum in morbis, tum in alijs plerisq; constitutionibus, in quibus nondū opportunum videtur sitientem potum assumere, & cibos, esurientem, calefieri rigentem, refrigerari incalescentem, venere vti eum qui ad illam incitatur. Etenim irrationalis in nobis facultas, ad singula quæ desiderantur, requirentem allicit, ratio retrahit, & inopportunam commotionem continet, ac pugna frequenter vtriusq; valida inter se oboritur, euidenter indicans duplicem esse in nobis naturam facultatum inuicem dissidentium. Si enim vna esset sola, quemadmodum in

pueris, nihil prohiberet intempestiue nos frui appetibilibus: quemadmodū etiam
 si sola esset ratio, ad nihil retrahere & reniti solita, nullū esset negotium sitientem
 non bibere, aut esurientem non esse: neq; continens, neque sobrius qui non bibit
 nominaretur, sicuti nec qui non vadit nisi velit. Nunc autem quoniam duplices
 quædā sunt vires hominem attrahentes, est autem irrationalis potus appetitrix, 5
 quæ hanc continet rationalis, incontinentia in huiusmodi, & cōtinentia genera-
 tur. Verū hoc nobis non exigui momenti obiter iudicatū, in sermonem de virtu-
 tibus relatū sit, neq; continentia esse aliquid, neq; temperantia, sublata rationi ap-
 petitoria facultate. Sed rursus ad institutū redeo. nempe sitientis, non autē volen-
 tis bibere anima, aliqua ipsius facultate aut parte, potum concupiscit: altera verò 10
 aliqua fugit, & auerlatur. vni enim & eidem arripere aliquid & fugere nō licet. Si-
 ue autem arripere & fugere dicas, siue persequi, siue appetere, nihil interest: quem-
 admodum neq; si dicas velle, aut affectare, aut amplecti, aut arripere, aut concu-
 pilcere. nam huiusmodi nominum diuisio nihil ad præsentem speculationē con-
 ducit, sed e contrario importuna est, & quæstionē de rebus in ambiguitatem ad- 15
 ducit. Quare etiā moliuntur nonnulli de industria, vt nihil concludatur, singulis
 nominibus insistere. Si enim affectare dicas potum sitientem, non cōcedunt af-
 fectare dicendū esse. Causam nāq; aliquam affectationem esse, & solius sapientis,
 nempe ipsum impetum rationalem, gaudentis quantū oportet. Si concupiscere,
 ne sic quidem nominandū concedunt. Etenim vt quis sitiāt, non in prauis solum, 20
 sed ciuilibus quoq; prouenire: concupiscentiā verò ipsam & prauam esse, & solis
 innasce prauis. nam esse affectationē subito procliuem, vt fiat. At si non longam
 adeo definitionem ipsius fecerit, sed affectationem irrationalem esse locutus, in-
 crepabit admodum grauius virum subinde, non in rerū duntaxat scientia, sed in
 nominum quoq; vsu ab infinitis euariantem. Tales deniq; & veterum non pauci 25
 fuerunt, quemadmodū & ipse Plato inquit, nominibus vtentes recens transnomin-
 natis, propter quos mihi visum est etiā nunc, non vnū simpliciter scribere nomē
 in sermone proposito, verū ex industria vt omnibus quibus licet eādē rem signi-
 ficare. Nam & verbo affectare & cōcupiscere, & aggredi, & annuere, & appetere,
 & velle, & diligere, & adducere, quinetiā contrarijs ipsorum in vna re videtur vt 30
 non diligere, & nō velle. quippe institutū ipsi erat sententiā suam ostendere, & in-
 dicare manifestò circa demonstrationē studioso, & seruienti per dictionem rei fi-
 gnicatui, nō curioso circa syllabas. Ex prædictis sanè diuersum indicauit appe-
 tens à ratiocināte. Ascribere enim omnē ipsius dictionem longū mihi viūm est,
 quū liceat vnicuiq; si volet, totū subsequenter libri locū relegere. At si etiam ad 35
 finem sermonis posita verba necesse sit apponere, vt mihi videtur, quò ad secundū
 caput digressio fiat manifestior, neq; hæc omittā. habent autem in eum modum
 » Sitientis igitur anima, quatenus sitit, nihil aliud appetit q̄ bibere, idq; affectat, &
 » ad ipsum fertur. Clarū est omnibus. Si quid ergo ipsam quādoq; retrahit sitientē,
 » aliud quiddā erit in ipsa ab ea parte diuersum quæ sitit, & quasi bestia ad biben- 40
 » dum impellit. neq; enim fieri posse dicimus, vt idem aliquid eodē sui circa idem
 » simul agat contraria. Non utiq; quemadmodū absurdū dictū est, eandē sagittarij
 » manū simul arcū intendēdo protrahere atq; contrahere, verū dicendum est alte- 45
 » ram esse manū quæ protrahit, alterā verò quæ cōtrahit. Omnino sic est. Dicemus
 » ne esse aliquos, qui quum sitiāt, nolint bibere? Multos plane, & sæpè. Quid igitur

» de his dixerit aliquis, esse ne in horum anima aliquid quod bibere iubeat, aliquid
 » cōtrā quod prohibeat, quod quidē & aliud est, & ei quod iubet, dominatur? Mihi
 » quidem sic videtur. An non igitur quod prohibet ista, ex ratione inest quoties
 » operatur? Quæ verò ducunt alliciuntq;, ex affectibus & morbis proficiscuntur.
 5 Apparet. Meritò igitur duo hæc, & inter se diuersa esse existimabimus: hoc quo
 » ratiocinatur animans, rationale eius appellantes: illud quo amat, esurit, sitit, &
 » ad alias cupiditates inclinatur, irrationale, & cupidum repletionum quarundam,
 » & voluptatum amicū. His indicauit rationalem animæ speciem diuersam esse
 ab appetitoria. Verū vt dixi etiam prius, nondū mihi institutum est ostendere
 10 quomodo hæc duæ animæ partes specie variant. Sed ad rem propositam abunde
 est, quod indubitato colligitur, nempe non eiusdem esse facultatis, ratiocinari, &
 cibos, aut potum, aut venerē concupiscere: quod haud noui quomodo Chrysi-
 pus vnā cum multis Stoicis ignorauit. At ignorare aliquid, ei cōdonandum est,
 sicuti & antea dicebam. Non autem condonandum est, quod tam inepte sermo-
 15 nem tractauerit, vt eorum quæ Comicis vel Tragicis poëtis dicta sunt, ad tanti
 dogmatis demonstrationem mentionem faciat, quum eiusmodi homines ne co-
 nentur quidem demonstrare quicquam, sed solum quæcunq; ipsis conuenire di-
 centi personæ videantur, in fabula per interpretationē exornent: quæ verò à Pla-
 tone ad ipsius demonstrationem dicta sunt, neq; meminerit, neq; refellere aggre-
 20 diatur, sed ex procinctu in promptūque assumere, quod vbicunq; animi affectus
 habeantur, ibidem sit etiam rationale. Chrysippus itaq; semper sui similis: Plato
 autem vbi in præscripta oratione appetitoriam vim à rationali distinxisset, post-
 ea conatur etiam irascibilem distinguere. In eum autem modū verba ipsius in-
 25 cipiunt. Hæc itaq; duæ iam sunt in anima species, inquā ego. Illud autem quod ad
 irascibilem pertinet, quove irascimur, vtrum tertium quiddam est, an alterius al-
 » terum cognatum? Fortè eius quod voluptates cupit, est cognatum: atqui credo
 » hoc equidem ex eo quod quondam audiui, quod videlicet quū Leontius Aglai-
 » ois filius ex Pireo sub Boreali muro ad ciuitatē ascendens, sentiret extrā cadauera
 » prope littus iacentia, simul & videre cupiebat, & horrebat tamen, absterrebatū-
 30 que, vultūmq; tegebat, secū ipse pugnās. Cupiditate denique superatus, ad cada-
 » uera directis & patefactis oculis aduentauit, dicens. Ecce iam vobis licet, o infeli-
 » ces, desiderium vestrum pulchro explere spectaculo. Audiui & ipse, inquit. Itaq;
 » sermo, dicebam, hic testatur iram sæpe pugnare aduersus concupiscentias, tan-
 » quam hæc inter se diuersa sint. Iterum his quoq; Plato indicat appetitoriā vim
 35 ab irascibili diuersam esse, vtens nimirū axioma per initia subiecto, nempe fieri
 non posse, vt exacte vnū & simplex & incōpositum affectet quippiam simul, &
 auerfetur: gaudeat eodem, & molestetur: verū necesse est vt aliud sit quod con-
 cupiscat spectare cadauera, aliud quod prohibeat spectare: & quod concupiscen-
 ti omnino voluptas quædam ex spectaculo futura est, prohibenti molestia & do-
 40 lor. nam irasci concupiscenti, & grauius ferre ipsius impetus, ac prohibere, vel-
 léq; voluptates increpare, & de ijs conqueri, omniāq; id genus, alterius partis ani-
 mæ opus sunt, non ipsius concupiscentis. At si non partis, certè facultatis omni-
 no alterius. Dictum enim iam id subinde, hoc in libro nunquam nos cum Ari-
 stotele & Posidonio contendere, qui quidem inter se cōsentiunt, ratiocinari nos,
 45 irasci & concupiscere, non sanè speciebus, aut particulis animæ, sed facultatibus.

Etenim subsequenti sermone ostendemus, non facultatibus tantum, sed etiam partibus animæ, inter se diuersis specie. At in præsentia hoc abunde est solum demonstrasse, ut Chryssippi in his negligentia innotescat, quomodo ipse validarum orationum quas Plato ad dogmatis nunc nobis inquirendi demonstrationem proposuit, neque meminit alicuius ipsarum, neque refellere aggressus est, etsi totum ipsius librum primum de anima versibus poetice repleuerit, ubi de principatu animæ tractauit. Non solum autem in hoc subtrahit Platonis orationes, sed in commentarijs quoque de affectibus, tribusque logicis, & in ijs qui priuatim sine causis ab eo scripti sunt, Therapeuticum & Ethicum nuncupant. Itaque ad reliqua Platonis

» verba veniamus, quæ ita sonant. Nonne & alibi frequenter animaduertimus quãdo 10
 » do distrahunt aliquem præter rationem cupiditates, obiurgantem ipsum sese, &
 » aduersus id sui quod trahitur, indignantem, & quasi duobus dissentientibus adiu-
 » tricem rationi iracundiam accurrere, cupiditatibus verò coniunctã, nihil rationis
 » voluntati contrarium moliri? Nec te arbitror vnquam affirmare vel in teipso, vel
 » in alio tale quippiã deprehendisse. Non per Iouẽ. In priori igitur oratione Pla- 15
 to ubi desiderantis videre cadauera meminit, euidenter sanè demonstrauit irascibile & appetitorium esse diuersa, non tamen rationale ab vtrisque esse diuersum manifestò dixit, sed indicauit, ac in illo fere sermone, hic autem abunde explicat. Quum enim aliquem cogit cupiditas quædam præter rationem, ut in comprehenso superius Leontio, iracundia tunc mouetur rationi auxiliaria, ac sæpe vicit vnà cum ratione immoderatum motum libidinosæ ac intemperantis animæ speciei, & continuit, prohibuitque ipsam, ab impetuque coarguit. Quæadmodum & Leontius potuit sibiipsi conuitiatus de spectandi cadauera impotentia procedere, ea non contemplatus. Interim verò vtriusque animæ partibus certantibus, conuittantibus, renitentibus, & retrahentibus, appetitoria dominatur, sicut in hoc ipso qui cadauera spectauit, Plato fieri recenset, simul in oratione multa indicans. Etenim quòd iracundia diuersa est à cupiditate, item quòd ratio ab vtrisque discrepat, ad hæc quòd iracundia nunquam cupiditati auxiliatur, vno hoc commemorato exemplo indicauit. Nullus enim seipsum vnquam increpauit, & iratus est, quòd ab intèpestiuis cupiditatibus desistere instituerit. An enim 30
 aliquis qui in morbo supra modum æstu confectus, frigidam potionem appetat magno impetu, deinde ratiocinatus letale sibi poculum fore, prohibeat impetum etiam in animis, se corripuit, & iratus est, eo quòd bene rationem inierit? nemo, ut opinor, omnium: sed ubi vltro ratio sequitur appetentiam, consequitur & iracundia rationem. Huic enim ut subseruiat & auxilietur, tãquam canis quidam 35
 venatori, contra tertiam animæ speciem à natura data est. Vbi autem aduersatur ratio appetentiæ, dissidet & pugnat: iracundia à ratione stat, & huic opitulatur. Porro quòd rationi illa semper contra cupiditatem auxiliatur, etiam subsequenti oratione manifestum reddit, ita scribens. Quid porro? quando quis iniuriam inferre se putat, nonne quo generosior est, eo minus potest irasci, dum 40
 » esurit, riget, & aliud quoduis tale patitur ab eo quẽ iure hæc agere censet? & quod
 » iam dixi, iracundia istius in eum quodãmodo non iritatur. Vera loqueris. Quid
 » autem quando iniuriam se pati quis putat? nonne tunc satagit, & sequit, & auxilium
 » præstat ei quod iustum videtur, famem, frigus, & cætera eiusmodi tolerans, & ad
 » victoriam contendit, neque à generoso opere cessat prius quàm vel transfegerit, vel 45

Vra auxilium ratioi contra
 cupiditatem ut canis be-
 natoi
 quo generosior qis eo minus
 irascit

10 obierit, vel tanquam canis à pastore, ita deniq; reuocatus ab ea quæ in ipso est ra-
 20 tione mitescat. In hac oratione rursus Plato meminit duorum hominum, am-
 borum eadem patientium à quodam imperante & dominante, vt & esuriant, &
 sitiant, & algeant; verum vt alter quidem iuste ea pati persuasum habeat, alter ini-
 30 què. Deinde ait, quòd alter sane qui iuste hæc pati existimat, quia prius ipse iniu-
 riam aliquam intulerit, æquo animo ea fert, & non irascitur iuste punienti, eoque
 magis, inquit, quo fuerit generosior, dixit autem hoc de eo qui punitur. Nam hic
 quanto generosiore fuerit natura, tanto magis genere punitiones sustinet: alter
 verò qui iniuria se affici putat, irascitur, ægrefert, & opitulatur ei qui iusta decer-
 40 nit. Hæc quotidie fieri etiam in domesticis videre licet. Qui enim ex ipsis aut suf-
 furantes, aut huiusmodi aliud quippiam facientes deprehenduntur, si cædantur,
 fame puniantur, & ignominia à dominis afficiantur, non irascuntur: qui verò ini-
 què aliquid horum aut pati putauerint, aut passos se fuisse, horum iracundia sem-
 per intus sæuit, desideratq; vicissim iniuriam inferentem punire. Constat iam ex
 25 ambobus exemplis irascibilem animæ vim à natura nobis inditam esse, rationi
 adiutricem: quam sanè videtur adiuuare, quum ab aliquo vel intus vel extrinse-
 cus iniuria affici, & vi compelli autumat. Itaq; autumare iniuria affici, rationalis
 facultatis est. Id autem vlscisci contra eum qui vim infert, animosæ proprium est.
 Quum igitur appetitoria animi facultas immoderate ad aliquid irruës, inuitam
 20 rationem violenter traxerit, irascibilis cõtra illam rationi opitulatur. Quum au-
 tem extrinsecus iniuria quis illã afficiat, vicissim punire conatur: vbi rurius à nul-
 lo affici iniuria ratio putatur, neq; tunc iracundia efferuescit, etsi quammaxime
 corpus iuste puniatur ab aliquo, vel algere, vel bibere, vel sitire coactũ. Vnde liquet
 iracundiam naturali statu præditam, opinioniones rationis sequi. Fieri enim quãdo-
 25 que potest, vt hæc quoq; prauè affecta, immorigera rationi moueatur: quod pau-
 30 lo post etiam ipse Plato indicans scribit. An quemadmodum in ciuitate appa-
 40 ruerunt tria quædam genera quæ ipsam continent, quæstuarium, auxiliarium,
 consulatus: ita & in anima tertia quædam vis est iracundia, quæ natura ipsa ratio-
 nis tutatur partes, nisi ex improba educatione fuerit deprauata? Quæ igitur ira-
 scibilis animæ differentia sint, non est tempestiuũ nunc dicere, quippe in subse-
 quenti libro de affectibus animæ, vt Platoni visum est, & de morbis vitijq; eiusdẽ
 vniuersis malitiæ quomodo gignantur, curenturq; vbi orta sunt, percensere de-
 creui. Quinetiam de pulchritudine & sanitate ipsius, omnibũsq; virtutibus, non
 parum in his quoq; Chrysippus errat. Nũc vnã adhuc Platonis orationem sub-
 35 scribere cogito, qua indicat iracundiam à ratione esse diuersam. Scripta est post
 40 comprehẽsa superius in quarto de Republica libro, hũc in modum. Nam in pue-
 45 rulis hoc quiuis intelligat, qui statim nati, iracundia pleni sunt, rationis autem
 aliqui nunquam, multi sero compotes fieri mihi videntur. Per Iouem probe di-
 xisti. Præterea in bestijs ita esse quisq; (vt ipse dicis) comperies. Testatur & Home-
 ri illud, quod supra adduximus.
 Pectora percutiens charum cor increpat ira,
 Suffer & hæc o cor, nam olim grauiora tulisti.
 In his porrò Homerus tanquam hæc inter se differant, alterum horum obiurga-
 re alterum facit: ipsam videlicet rationem de meliori peioriq; consultantem, irra-
 tionalem iracundiæ impetũ cohibere. Hic euidenter Plato indicat iracundiam

*irascibilis anime vis a natura
 data rationis ad iutrix.*

*rationes quibus plato mitebat me
 probare iracundiam et cont
 ratiois.
 pueruli ratiois ex peres iracun
 di.
 bestie quoq;*

dixerunt atq; feras non
irasci

diuersam esse à ratione. nam pueri, quemadmodum & bestia, iracundia pleni sunt, rationis minime compotes. Itaq; in feris ausi sunt nonnulli dicere, neque iracundiam, neq; cupiditatem animis ipsorum inesse. In pueris autem haud scio quid dicent. Non enim sanè horum quoq; affectus ratiocinatione oportet cõdiligere, sed recordari solum abũde est, scilicet non aliter nos nunc, aliter pueros adhuc irasci. Quippe facultas irascibilis, & modus generandi, affectus similis est, vnũq; & solum eximium viris adultis inest, quum non ex affectu degunt, sed ratio ipsorũ vitæ præsit, continent in multis actionibus iracundiam, quemadmodum pastor aliquis canem generosum ferocius proximos insipientem. At in pueris nihil eiusmodi accidit, quemadmodum neq; in bestijs, quoniã his nondum, illis nũquam ratio impetus animi coerces. Hæc itaq; rectè Platoni dicta sunt, necnon id quod in fine orationis scriptum est, vbi Homerũ testimonia hæc dicentem introducit. Pectora percutiens charum cor increpat ira. Hic enim ait quomodo alterum cupit alterũ castigare, ipsam videlicet rationem de meliori peiorique consultantem, irrationalem iracundiæ impetum cohibere. Optarem etiam Chrysippum verba eis legisse, animũmque eis adhibuisse. Omnino enim aliquid fructus ipse retulisset, edoctus quomodo Homerum citare testem conueniat, & quibus de rebus. Neq; enim initio sermonum, sed vbi abunde quis rem propositam demonstrauerit, candidum iam est etiam antiquiorum citare testimonia. Neque de rebus omnino obscuris, sed vel euidenter apparentibus, vel expositam sensui indicationem habentibus, cuiusmodi sunt animi affectus, qui non longis sermonibus, neque demonstrationibus accuratioribus indigent, verũ sola recordatione eorum quæ nos frequenter patimur, veluti & Polidonius aiebat. Quod enim in cerebro ratio consistit, vel in corde iracundia, non magnam portionem ad fidem faciendam ex testibus obtinet: verum demonstrationi totum hoc committere oportet. Porrò quòd ratio iracundia sit prior, neque demonstrationem requirit longam, neq; sapientium testimonia, sed abunde est etiam Homeri præter modo dictos testimonium. Sufficit & Thucydides inquit. Qui ratione minime vtuntur, iracundia plerunque in opus rapiuntur. Satis est & Demosthenis dictũ. At verò si quis repente extra rationem fuerit eductus, actiones contumeliosas obibit. Propter iram autem Plato dixit fecisse: ad hæc reliqui omnes, & Rhetores, & Poætæ, & fabularum scriptores. Siquidem propter rei euidentiam, nemo est qui non ita sentiat. Itaq; Platonis verbis supra comprehensis attendendum est, tum aliorum causa, tum quomodo secure Homerum testem citauerit, non de eo quòd in cerebro ratio, in corde iracundia consistat, sed quòd solum irascibilis anima à ratiocinatrice differat, id quod omnes homines propter euidentiam cognoscunt: illud autem non ita similiter omnes, sed demonstratione ipsum indiget. Quare mihi visum est librũ præsentem iam finire: subsequenti verò ad id demonstrandum aggredi, quòd etiam his tres animæ particulae sint distinctæ.

ratio in cerebro
iracundia in corde.

CLAVDII GALENI PER-

GAMENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS
PLACITIS LIBER SEXTVS,

IOANNE GVINTERIO ANDERNACO INTERPRETE.



5 **N**stitutum sanè mihi erat ab initio de facultatibus corpus
nostrum regentibus considerare, ex cordè ne solo vniuersa
sæ proficiscantur, quemadmodum Aristoteles & Theo-
phrastus existimabant: an tria ipsarum principia ponere
10 satius sit, vt Hippocrates & Plato opinabatur. Verùm quia
Chrysippus non de principijs tantum contra veteres con-
tendit, sed de ipsis etiam facultatibus, vt qui neque iras-
cibilem, neq; appetitoriam esse concesserit, putauit oportere
opinionem ipsius antè inspecta, ita rursus ad id quod ab initio proposue-
ram, reuerti, nempe cerebrum, cor, & iecur, facultatum nos regentium esse prin-
15 cipia. Huc itaque oratio iam deuenit, ac exordium à nominum interpretatio-
ne sumet, quibus iam prius vsi sumus, & in medio hoc libro frequenter vtemur.
Ne enim quicquam eorum quæ dicta sunt, perperam inaudiatur, sed in omnibus
distinctum simul, & prompte manifestum euadat, maxime necessarium est sin-
gula nomina de qua re dicantur, exacte definiuisse. Etenim solui etiam nonnullas
20 quæstiones prius huc delatas hoc modo contingit: quemadmodum certè & hæc,
vtrum actiones an affectus appellare conueniat cupiditatem & iracundiam, aliã-
que eiusmodi. Quapropter actio motus est efficiens, efficientem autem nomi-
no qui ex se est, affectus autem in altero motus est ex altero: vt necessario quidem
sæpe in vnum subiectum cum affectu actio conueniat: & in hoc nihil est differẽ-
25 tiæ: oratione autem discrepant. nam à secante facta diuisio in eo quod secatur,
vna & eadem res cum sit, secantis quidem, actio, eius autem quod secatur, af-
fectus est. Ita sanè & iracundia actio quidem est irascibilis animæ: affectus autem
reliquarum ipsius duarum partium: & præterea totius nostri corporis, quum ab
iracundia violèter ad actiones ducitur. Vnum quidem significatum vtriusq; no-
30 minis, diuersum autem, si actionem motum quendam naturalem intelligamus:
affectum, præter naturam. At quum multifariam id quod secundum naturam
est, dicatur, hoc inaudiri nunc oportet, quod primaria ratione à natura fit. Prima-
ria autem ratione illa fieri à natura dicimus, quæ veluti scopos natura amplecti-
tur, & ne illa quidem consequentia alia necessario sequitur. talis motus est secun-
35 dum naturam, siue ex ipso moueatur id quod mouetur, siue ab altero. Constare
itaq; iam arbitror id quod dicitur, sed nihil mali fuerit, exemplis id reddere mani-
festius. Cordis motus pulsuum ratione actio est: palpitationum respectu, affectus.
Ex eodem enim est & palpitationum motus, sed nõ secundum naturam. ex eo-
dem etiam pulsuum motus, sed secundum naturam. At pulsus nomen ita nunc
40 audiendum est, vt Praxagoras, Herophilus, & propè omnes posterius ad nostra vs-
que tempora vsi sunt. Nam vetustior vsus, qui in Erasistrati & Hippocratis libris
inuenitur, alius est, & de eo posterius dicetur. Quòd si verò cordis peculiare mo-

tum pulsū appellemus, palpitatio quidem affectus esse dicetur, pro secunda di-
 ctionis (affectus) significatione: pulsus autem non omnis actio. nam maiorem
 naturali, aut minorem, aut citatiorem, aut tardiolem, aut frequentiore, aut rario-
 rem, aut alio quodam modo excedentem nemo actionem dixerit, pro secundo
 actionis significatu. Quippe ex seipso in huiusmodi pulsibus cor mouetur, sed
 non secundum naturam mouetur. Quare si ita eueniat, nihil est mirum, vnam
 rem & affectum & actionem appellari: sicuti minorem naturali pulsū: non ta-
 men eodem significatu, sed priore dicto actio (est enim & huius pulsus motus
 efficiens) secundo autem non actio, sed affectus, quoniam non secundum natu-
 ram est motus. Sic igitur in iracundia habet, & in alijs affectibus. Omnes siqui-
 dem actiones quaedam sunt animæ affectibus obnoxia, ex primo actionis signi-
 ficatu. Quatenus autem effrenes & immoderati motus sunt, neq; secundum na-
 turam, non actiones esse dicentur, sed affectus, ex secundo significatu. Qualis enim
res in arteriarum motu magnus pulsus est, talis in irascibilis animæ motu iracū-
dia. Qualis autem rursus parvus pulsus, talis timiditas. Hic enim deficiens motus
 est animæ irascibilis: exuperans autem, & amplior quam conuenit, is qui in ira-
 cundia deprehenditur. Hac itaq; ratione & actiones simul & affectus dicentur,
 alio atq; alio significatu, ira, dolor, metus, cupiditas, iracundia, aliæque huiusmo-
 di, & præterea quatenus totum corpus cum anima ab ipsis abripitur, motus ani-
 mantis affectus erit utroque significatu. Frequenter enim iracundiā reliqua duo
 sequuntur. Sæpe verò concupiscentiam, tanquam abstracta compullaque, iuga-
 lium equorum instar, quorum alter valentius impellens alterum attrahit secum
 cum toto curru & auriga, alter præ imbecillitate sequitur submissus contractusq;
 ipse autem auriga vi auferitur. Tunc enim in effreni equo motus, actio & affectus
 ipsius dicetur, priore quidem significatu actio (motus enim ex seipso est) secun-
 do autem non actio, quum sit motus ei præter naturam, sed iam affectus. aurigæ
 verò motus, ne secundum alterum quidem significatum actio est, sed secundum
 vtrunq; affectus, si quidem neq; ex seipso, neque secundum naturam motus ei
 existat. Multi enim motus etsi non efficientes quidam sint, neq; ex seipsis, sed eo
 quòd secundum naturam sunt, actiones dicuntur, quemadmodum etiam cruris,
 vel totius manus. ex alijs enim motus initium, non ex seipsis hæc obtinent, quo-
 modo & cor. attamen & incessus crurum actio est, & secundo significatu di-
 citur, quanquam nonnulli parum exerciti in rerum significationibus, incessum
 non crurum actionem, sed per crura esse pronunciant. ac verè quidem dicentes.
 nam ad prius principaliusq; significatum perueniunt. Quòd verò solum ita di-
 cere censent, nec concedunt etiam secundum alterum interpretari, non recte fa-
 ciunt. Sic itaq; & iracundia & concupiscentia, tum affectus, tum actiones dicen-
 tur. nam insitarum animæ facultatum, motus quidam, & immoderati & præter
 naturam quum sint, quoniam ex se quidem illi mouentur, ideo facultatū actio-
 nes sunt: quoniam verò immoderate, idcirco affectus. Actotius sanè animæ, ipsa-
 rumque facultatum vtrarumque dum mouentur, præter naturam motus sunt.
 irrationalibus quidem potentijs propter immoderationem, tota autem anima,
 eo quòd præter naturam, quia non à motibus animæ affectibus subditæ, sed à ra-
 tionalis iudicijs vitam nostram regi dispensariq; affirmamus. Quum igitur con-
 trà gubernamur, præterq; naturam, eòq; etiam secundum affectum talis vita trās-

timidibus parvus pulsus.

igitur, propter has sanè iam causas, siue actionem, siue affectū dicat aliquis iracū-
 diam, aut cupiditatem, aut aliorum similium affectuū quempiam, non increpare
 hunc oportet, priusquā significatum ex voce ad id ediderit, ad quod transferens
 ita nominarit. Inuenitur autē & Plato ipse nonnunquā actiones, nonnunquā verò
 5 affectus appellare sitim, famē, & in totū cupiditates, iracundiāmq;. Insuper quòd
 nihil ad præsentia refert, hoc an illo modo nomines, in quarto de republica libro
 hunc in modū scribit: Num igitur annuere, renuere, aggredi aliquid capere, auer-
 10 sari, & adducere, repellere, omnia huiusmodi inter se cōtraria posueris, siue actio-
 nes, siue passiones? Hoc exemplis euidentius docere instituēs, hæc inducit: Quid
 autem, esurire, sitire, & omnino appetere, velle, eligere? Nōne hæc omnia ad il-
 15 lorū species referes quæ modo diximus, veluti semper cupiētis animam? Nōne
 vel aggredi dices illud quod appetit, vel adducere quod sibi adesse eligit? vel nō-
 ne quatenus aliquid sibi porrigi vult, annuere, & illud ad se trahere amantis cu-
 iusdam instar, id vt fiat affectantem? Equidem. Quid verò, nolle, aspernari, negli-
 20 gere, non cupere? Nōne in reijciēdi repellendiq; ab ea speciem, & in omnia illis
 cōtraria referemus? Hęc sanè Platonis verba sunt, nō solū quod dicebamus osten-
 dentia manifestò, nēpe esurire, sitire, & omnino appetere aliquid, aut aggredi, &
 auersari, siue actionem aliquis, siue passionē, hoc est, siue functionem, siue affectū
 appellauerit, nihil interest: sed etiam de animi partibus docentia. quare etiā bene
 25 habet nō præterire ea, sed totum sermonē repetere, quem in quarto de republica,
 de eo q̄ tres animæ nostræ species existāt, percensuit. At animū & hic ijs quæ di-
 cūtur, adhibere cōuenit, ab ipsis rursus nominibus auspicatos, ac nō putare Plato-
 nē sua ipsius dicta subterfugere: quādoquidē vbi tres animā nostrā species habere
 dixisset, iterū in tres diuidi partes assēuerat. Etenim species & partes animæ rectè
 30 aliquis nominauerit: ratiocinatricē, irascibilem, & appetitoria: quemadmodum si
 etiam corporis species dixeris, venā, arteriam, neruum, os, cartilaginem, carnem,
 aliāq; cuiusmodi: postea de ipsis tanquā partibus disseras. siquidem & partes cor-
 poris nostri cuiusmodi esse, verè dixerit aliquis, vt ex quibus totum absoluitur, cō-
 pleatūrq;. Quinetiā species corporis nihilominus, quippe in solis similaribus dif-
 35 ferre speciem non inuenias, aut carnis partem, aut venæ, aut pinguedinis: neq; in
 huiusmodi verū fateri possis, nempe totum ex tot quibusdā speciebus cōstare: in
 dissimilaribus numerū finit particulis specierū differentia. Talem autē quandam
 rem, animā quoq; nostram Plato ex tribus partibus cōpositam esse pronunciat.
 Referre autē sic appetitoriam, beluam variam, & multorū capitum: irascibilem,
 35 leoni respondere: ratiocinatricē, homini. Hęc enim similitudo familiarior est ea
 quā in Phædro habet: vbi duas sanè species equina quadā forma esse scribit: aurigā
 verò tertiā. quinetiā nono de republica libro, prioris meminit cōparationis, tanquā
 manifestius ostendēs quales singulæ animæ sint species. Itaq; Plato etiā locis ipsas
 esse segregatas, & substātijs permultū variare arbitratus, merito & species, & partes
 40 appellat. Verū Aristoteles & Posidonius species sanè, aut animæ partes nō nomi-
 nāt, sed facultates esse vnus substātiæ ex corde proficiscētis, affirmāt. Chrysippus,
 tanquā ad vnā substantiā, ita & in facultatē vnā, tū iracundiā, tū concupiscen-
 tiā diducit. At q̄ nō parū à veritate vir aberret, abūde adeò iā à nobis ostēsum est.
 Quòd autē Aristotelis sectatores fallātur, qui vnus substantiæ tres esse facultates
 45 cēleāt, & superius satis declarauimus, & nihilominus hūc subsequēs sermo demō-

strabit. Prius autem quòd Plato ipse species animi & partes nominat ratiocinatricem, irascibilem, & appetitoriam, ex ipsis eiusdem verbis astruemus. In Timæo igitur de appetitrici anima, cuius etiã plantæ natura participes sunt, differēs, hoc pacto scribit: Particeps est tamen id quod nunc dicimus, tertie animæ speciei, quã
 » intra præcordia & umbilicum collocari cõstat. Rursus quum hoc in libro de ani- 5
 » ma ratiocinatrice disputat, ita ait: At de principalissima animæ nostræ specie cogitare hic oportet, quemadmodum ei geniũ deus tradiderit: quã sanè in summo
 » nostro corpore habitare dicimus, ad cælestem verò cognitionẽ à terra nos attol-
 » lere. Vtranq; simul in hoc rursus libro appetitricem & irascibilem hac oratione
 » animæ speciem nuncupavit. Itẽ quòd species animæ mortalis, grauibũsq; & ne- 10
 » cessarijs in se affectionibus scatenis, ibidem simul habitet, pari modo rursus tres
 » animæ nostræ partes, species animæ in eodem libro Timæo, in hac enarratione
 » appellat. Est enim quemadmodum diximus subinde, puta tres animæ species in
 » nobis habitare. Sic etiam libro de republica quarto, quum prædixisset irascibilem
 » à concupiscentia esse diuersam, ac postea quum inquireret an etiam à rationali 15
 » differat, inquit. An igitur & iracundia à ratione variat, vel quædam species ratio-
 » nis, ita vt non tres, sed duæ existant in anima species, ratiocinatrix, & appetitoria?
 » Ita libro nono in hæc verba scriptum reliquit. Sed pacatis duabus quidem specie-
 » bus, tertia autem cõmota, in qua prudentia gignitur. Ac præterea ibidẽ. Quum
 » igitur dixi, cuiusq; speciei voluptates inter se cõtendunt, ipsaq; vita, non solũ vt 20
 » honestius, & turpius, neque peius & melius, sed vt suauius & minus moleste dega-
 » tur. Quomodo iã aliquis ipsorũ verissime dicat, quid adhuc alia ascribere ver-
 » ba opus habemus, quum & hæc abunde viri sententiã possint significare? nempe
 » quòd tres esse animarũ species has velit, ratiocinatricem, appetitoriam, & irasci-
 » bilem? Deniq; solas ipsas esse sine mutuo consortio tuetur: in stirpibus sanè appe- 25
 » titoriam: in dijs ratiocinatricem. Irascibile verò cur solam non liceat in vlllo cor-
 » pore esse, processu sermonis demonstrabitur, vbi apposuerimus ex Timæo verba,
 » quibus vltimũ generationis ipsius docēs, appetitorie causa creatã esse, rationali ani-
 » mæ auxiliatricẽ ait, tanquã canem quendam contra multorũ capitum & agrestẽ
 » ferã cupiditatẽ. Meritò igitur species animæ eas appellat prædictis orationibus, 30
 » ac præterea alijs plerisq;, quarũ non necesse est meminisse, quũ euidenter iam per
 » hæc sententiã viri sit cognita. At si etiã partes animæ singulas ipsas nominet, nihil
 » mirum est. Primum enim ipse nos docuit, quòd quæcunq; fuerit species, hæc etiã
 » pars nominari possit, non tamen quælibet pars statim & species erit. Secundo
 » autem quòd ne dicendũ quidem est vllum cõpositum, simile, quod sibi ipsi ex 3
 » toto contiguum est. numerus enim ex finitis cõstat particulis. Nullius autẽ simi-
 » laris numero, cõprehendi potest multitudo particularũ. Proinde quòd bona rati-
 » one Plato species & partes animæ has appellet, pluribus verbis nõ opus est. Quòd
 » autẽ aliam in capite, aliã in iocinore collocavit, id ab initio propositum est, ostẽ-
 » sũmq; per superiora quæ de duabus partibus cõprehensa sunt. Reliquã adhuc ap- 40
 » petitoria, quæ peculiari demõstratione indiget, hoc loco, persequemur: illud prius
 » initio sermonis præfati, quòd non ex similiter euidẽtib; neq; ex ipsa manifestò
 » eius quod queritur natura, demõstratio petetur, quẽadmodũ in prioribus, sed ex
 » ijs quæ proprie huic accidũt. Etenim nerui si fune intercipientur, aut dissecentur,
 » particula quidẽ cerebrocõtinue principij sui retinere facultates apparẽt. Quæ su 45

pra fune habentur, statim & sensum perdūt, & motū. Ita sanè & arteriæ, quæ qui-
 dem cordi sunt cōtinuæ, originis suæ functiones obeunt: quæ foris intercipiūtur
 fune, prorsus nō pulsant. Quinetiā affectus animæ qui ex iracundia & metu acci-
 dunt, palā cor ex naturali functione eripere videntur. Meminimus etiā quomodo
 5 contusum cerebrū aut vulneratū in ventriculis, totū corpus offendit. Itē quomo-
 do hæc quoq; euidēter demōstrēt & motus & sensus originē ipsū esse cerebrū.
 At in iocinore nihil huiusmodi possumus ostendere, neq; si nudatū ipsū cōpri-
 mamus, neq; si fune venas intercipiamus. neq; enim euidētis motus est initiū, quē
 admodū cor pulsabilis, cerebrū verò sensorij & arbitrij. neq; acutæ noxæ causā, vt
 10 vtrūq; illud, sed tēporis spatio animal offendit, iecore in totius corporis tabē, quā
 ἀρεβία Græci vocāt, & pallorem elanguescente. Similiter pars cuiusq; insertam
 venā vinculo exceperis, vel etiā omnino excideris, macrior alimēti defectu, & de-
 coloratior lōgiori spatio fieri videtur, nō tamē repente noxā mētione dignā ex-
 perit. Eiusmodi enim facultatis initiū iecur quale & stirpibus inest. Vocetur enim
 15 in præsentia facultas, quoniā ostēdemus postea accuratius, quomodo multarū fa-
 cultatū origo sit iecur: ac melius est substantiā animę nominare, nō facultatē, in sin-
 gulis tribus visceribus cōprehensam: in cerebro sanè ratiocinatricē, in corde irasci-
 bilē, in iecore appetitoriā, aut vegetatiuā, aut generatricē, aut Aristotelico more
 nutritoriā, aut naturalē, aut generantē, ab vnaquaq; re nomine imposito, à vege-
 20 tare vegetatiuā, à nutrire nutritoriā, à generare generatricē, Plato à multitudine
 cupiditatū, appetitricē. Stoici ne animā quidē prorsus nomināt eā quæ stirpes dis-
 pensat, sed naturā. Appellet igitur vnusquisq; quomodocunq; volet: de rerū autē
 differētijis euidētibus, demōstratione fidē faciat, quē admodū nos in cerebro quidē
 & corde prius fecimus: de iocinore autē in præsentī libro tractare aggrediemur;
 25 sed ab euidētioribus incipiemus. nā in his exercitati, facilius inueniemus obscurio-
 ra, simulq; propositiones ad ea nobis suppeditabūtur. Euidētius autē est à venis
 exordiri, ac quærere vtrū etiam harū sit initiū iecur, sicuti arteriarū cor, neruorum
 cerebrū, vel quē admodū nōnulli putāt, nō arterijs solis, sed etiā venis naturales fa-
 cultates cor distribuit. Optimū igit fūerit ad hoc cōsiderare prius quomodo stir-
 30 pes generētur simul & dispēsentur. verisimile enim solā illis insinuatā de qua quæ-
 ritur facultatē, euidētiora indicia partis vnde proficiscit præbuisse. Proiecto in ter-
 rā semine qualicūq;, si squalida fuerit ac sicca, nihil amplius ad stirpis generationē
 ipsum semē moliet, vtpote quū omnē ipsius insitū madorē ad se terra attraxerit.
 Quādo autē mediocriter humida est, molle redditur semē, intumescitq; iuxta am-
 35 biēs ipsum natiuū cutis modo operculū, ac rūpitur quidē primū madorē seminis
 in aērē cōuerso, deinde protēditur iuxta rupturā germē quoddā tenue, & vtrōbiq;
 molle: ac superior seminis portio ceu ad aērē, inferior in terrā vergit, atq; hæc cōti-
 nua augescere vidētur, ac semper ferri in quę ab initio inclinabāt. tēporis processu
 si semē arboris cuiusdā magnę fuerit, pars quę in aērē fertur, caudex ipsius euadit:
 40 quæ in imū terrę declinat, radix. & vtraq; portio varijs scissuris diuariat, si multi-
 fidę arboris semē extiterit. vnū itaq; principiū generationis & incrementi omnibus
 stirpis partibus est locus ille, vnde sursū quidē caudex, initiū verò radicis deorsum
 nascitur, ac apparet, tāq; ex foco quodā, virtus q; arborē dispēsat, illinc procedere.
 Mouet itaq; cōtrario motu, deorsū sanè, & in imā terrā, dū in multas primas radi-
 45 ces crescere incipiētes germē multifariā discindit: sursū verò ramos quosdā & cau-

dices producit, illos rursus in alios findit, vsq; dū hi in extremas & subtilissimas so-
 boles desinant: ac videtur superiorem partē totam, quæ est arbor, caula sui & fru-
ctus efformare, inferiorem vt alimenti sit copia. Quale enim animantibus os est,
 tale stirpibus extremū radicationis, vt ita dicam, videtur, osculis pluribus ex terra
 alimentum à natura fabricatum elicientibus. Age iam similitudinem hanc ad
 animantia transferas, ac primum quidem inspicio maximam arteriam, quæ
 caudicis modo ex corde procedens, altera parte minore diuarcatur ad caput e-
 mergens, altera maiore per spinam exporrecta. Contemplare autem deinceps o-
 mnes ipsius propagines per totum corpus excurrentes, quemadmodum priore
 libro expositum est: alteram verò arteriam ex ipso cordis sinu proueniētem, quæ
 in pulmones non secus ac radicis pars in terram pertinens diffunditur. Quem-
admodū enim ex terra per radices totū alimentū attrahit arbor, ita ex pulmone
cor aërem per dictas arterias haurit. Hæ duæ ex corde prodeuntes arteriæ, maxi-
 mæ suarum propaginum utræque, & veluti in planta, quod extra terram eminent:
 truncus est, omnium aliorum latissimus: quod in radices diffunditur, omnium &
 hoc latissimum inferiorum: medium autem amborum stirpis principium est. Pa-
ri modo arteria quæ veluti caudex apparet, maxima est omnium quæ in toto ha-
bentur animali: quæ in pulmones inferitur, omnium maxima est quæ inibi exi-
stunt: ipsum verò cor, medium amborum est, & origo facultatum ea gubernan-
tium: viròq; naturæ perito, etiam sine prædictis constat maiora minorū esse prin-
cipia, sicuti & fontē riuorum in quos dispensatur: quanuis nonnulli eo veniunt
absurditatis, vt principio ea quæ post ipsum sunt, maiora existiment, decepti
à fluminibus, quæ exigua planè fontium respectu augentur accessione: id quod
non semper accidit necessario. Quædam enim ipsorum, dum alia excipiunt flu-
 mina, merito augentur: quædam fluuijs varie se diffudentibus imminuuntur.
 flumen autem nullum ex vno procedens fonte, minus caput obtinet ijs quæ sub-
 sequuntur. At si ex multis colligatur fontibus, ratio est nimirum totum vnoquo-
 que ipsorum amplius euadere: ac sine exemplo, si corporis animalium vasa mi-
 nora maiorum initia statuamus, pugnat secum oratio, quæ cogit fateri in omni
 corporis particula trium aliorum instrumentorū, arteriæ, nerui, & venæ esse prin-
 cipium. Quare exempli gratia, calx aut digitus initium est maximæ arteriæ, ve-
 næ cauæ, & spinalis medullæ. Hæc enim sunt ceu caudices quidam, alius arteria-
 rum, alius venarum, alius neruorum. Proinde forsitan qui hanc orationem intro-
 ducit, neque germina arborum, neq; extrema radicum initia stirpis dicere vide-
 tur: et si radicum extrema, initia alimenti arboris dici possint: quemadmodum
venæ in ventrē pertinentes, & arteriæ quæ in pulmones disperguntur, simpliciter
omnia venarū extrema dicere ipsas absurdissimū est, quum nullum ipsorū præter
cōprehēsa sit, neq; alimēti, neq; virtutis dispēsantis initiū. sic enim omnis particu-
la erit initium. At si quædā extremorum, principia dicunt, quædā verò nō princi-
 pia, hypothēsīm statuūt nulla munitā demōstratione. Cur enim magis hæc illorū
 putāda sunt principia, veluti quæ in cerebro sunt, eorū quæ in pulmone, atq; horū
 quæ in iecore aut liene, ac illorū quæ in alia quadā particula aut viscere habentur?
 Ego quum hunc sermonem adolescētulus à præceptore Pelope audirē, qui cere-
 brum omnium vasorū initiū ostendere conabatur, neq; statim eius sentētia accessi,
 neq; postea repetēs apud me approbauī. Porro quæ à capite deferri quatuor venæ

rum paria dicuntur, interfecta mihi videntur cōmentarijs qui Hippocrati inscribuntur, & manifestò adornata. nihil enim de his ostendit, etsi pleraq; alia de venis ab Hippocrate tradita sint, quæ omnia in opere de anatome Hippocratis cōscripti, anatomicis viris in confesso sunt, & à nobis etiam ostenduntur. Quatuor autem illa paria præter quòd à nullo anatomicorū dicuntur, neq; indicātur à quoq;, sed nonnulli eorum qui ipsa ponunt, credere se Hippocrati pronūciant, quanuis hi ostendere haud possint, ceu de sermone speculatorio rei nō sensibilis disputantes, nonnulli ostenturos se promittunt, ostenderūt autem nunquam. Quòd igitur in alio quodam libro ex ijs qui spurij sunt, manifestò quatuor venarum paria scribuntur, non est mirū. Inueniuntur etiam in fine libelli de natura humana: secundi autem eius qui est de victus ratione, cui opusculo anatomen inseruerūt, quæ nulla ratione cum victu cōiuncta est. Multo enim probabilius erat, nō huic libri parti, sed priori ipsam cōnectere. At enim qui hoc fecerit, putabat posse ita latere magis q̄ si fini ascripsisset. Quòd autē neq; priori parti hāc adaptandi rationē habebat, constat omnibus qui librum legerunt. Quærit enim in eo naturam hominis quæ ex elementis, non ex cōfectione apparet. Cæterum quòd non sit germana neq; Hippocratis, neq; Polybi, cōmemoratarum venarum anatome, etiam ante nos alij demōstrarunt, & nos, si deus cōcesserit aliquando de genuinis Hippocratis commentarijs tractare, pluribus ostendemus quæ sit Hippocratis sententia de venarū principio, quā ex opere de alimento licet capere, item ex secūdo de morbis publice grassantibus. sed hoc in posterū differatur. Quippe quod desij dicere, prius ostēdere decreui, quòd & in plantis initiū tum generationis, tum dispensationis, maiora corpora minorū existant, & in animantibus consimiliter. Reuertor enim rursus ad Pelopem, qui cerebrū omnium esse neruorum originem concedit. Fatetur igitur & ipse neruos duos ex cerebro prodeuntes, oculorum musculis distribui, ex vno crassiq; processu in exiguas numerosasq; soboles exeuntes. His adhuc magis crassum subsequens par exoritur, sed in plerasq; exiguas propagines secatur, faciei & oris particulis dispensatū, quemadmodū & quod post ipsum. At ne tempus conteram, spinalis medulla propaginem de se mittere ipsi videtur, & esse tanquā caudex quidam numerosæ sobolis neruorū, instar ramorū ex ea procedentium. Hæc itaq; vera sunt, & ijs quæ euidēter apparent, respōdent. At quòd exigua magnorum sint initia, pugnat sanè etiam cum ijs quæ in neruis conspiciuntur. Semper enim in his maiora minorum sunt principia. At refragatur, vt dictum est, & ijs quæ stirpes repræsentant, & præterea quæ arteriæ, & cor. Impudentia enim omnino est aliud viscus quoddam arteriarum principium statuere. quippe apparēt arteriæ prius quàm ex animali excindantur, motum perdere manifestò, funiculo interceptæ, nōdum tamen separatæ, forasq; æditæ. At solum cor omnibus in animali particulis exemptum, diutissime naturalem retinet functionem, ceu initium motus tum sibi, tum ijs quæ ab ipso proficiscuntur. Arteriæ autē ab eo segregatę aut funibus, aut sectionibus, vnà cū affectu etiā motum perdunt. At si impudens est dicere arterias vtrobq; auspiciari, maximæ arteriarū particulæ minorū fient principia. Latissime igitur omnium animantis arteriarū existunt, quæ ex corde proficiscuntur crassissimæ, & neruorū principia, quemadmodū in stirpibus crassissimū sanè caudex omnium ramorū, crassissimus verò radicū processus. Nomino autē processum, quemadmodū paulo ante indicabā inferiorem partem

stirpis esse initiū. At mihi videtur etiam Hippocrates inde ad animātia transferēs
 nomen, radicationē dixisse, arteriarū sanè cor, venarū autem iecur. Quemadmo-
 dum enim à radicatione stirpium radices quidem infra, truncus autem sursum
 vergit: ita ex corde, tum quæ in pulmonē, tū quæ in totū animal dispergitur. ex
 iocinore autem, & quæ in ventrem, & quæ in totū corpus diffunditur. Radicibus
 igitur similes sunt venæ quæ ad ventrem pertinet, sicut & hoc Hippocrates ipse
 indicavit hisce verbis. Vt enim arboribus terra, sic animātibz venter est. quoniā
 veluti truncus caua vena existit, ex gibbis iocinoris partibus producta, verūm à
 iecore rectā ad vtrāque animantis partes, superiorē & inferiorem excurrēs. Pro-
 inde latissimum ipsius est inferior iecoris portio, minus autem latū, quod venis
 intertextum est. Atque si cor venæ caua, vt etiā magnę initium est arteriæ, maxi-
 ma esset, opinor, cōtinua eius portio. At si quis putet cor venis facultatē suppedi-
 tare, materiā verò iecur (inde enim sanguis prouenit) ideóque latiorē esse inferio-
 rem ventriculum superiori, quòd plures particulæ inferiores iecoris existāt, qui-
 bus necessarium est omnibus alimentū suppeditare: hic mihi videtur per ea quæ
 statuit, concedere quæ non vult. nā ex iecore sanguinem deriuare, quid aliud est,
 quàm facultatē in hoc viscere contineri sanguinis efficacem? Si igitur animantis
 nutriendi gratia, sanguinis est generatio, in iecore autē sanguis gignitur, nutrito-
 riæ facultatis initium hoc viscus, non cor erit. Nempe quòd materiā idoneam
 alendo toti corpori prospicit, hoc bona ratione initiū est facultatis & nutritoriæ
 & vegetatiuæ: quemadmodū opinor etiā in stirpibus illa pars quam radicationē
 appellamus. Trahit enim ad se per numerosas radices ex terra alimentum, trans-
 mittitque elaboratū prius toti stirpi per truncū. Si nanq; eiusdē facultatis, quæ ad
 modum & pullatorię initium cor itauerimus, ex superfluo iecur natura (quæ ni-
 hil frustra operatur) fabricata est. quippe licebat in corde alimentū sanguinis na-
 turam induere, verūm ceu in magnum opus ministri cuiusdā instar, iecur natu-
 ra cordi adiunxit, qui alimentū prius ipsi præpararet; quemadmodum ventricu-
 lus iecori. Probabilis quidem sermo est, nō tamen verus. Siquidem apparet iecur
 non tāquam minister domino materiā præparare, sed veluti ipse dominus po-
 testatem habens ipsius distribuendi. Porrò euidētia exempla in ipso animantis
 corpore licet conspiciari. Omnia igitur quæ materias alijs præparant, illis easdem
 integras tuentur, ac neque ex pulmone alia quādā via alibi secta est, præter vnā
 in cor pertinentem, neque ex ventriculo & intestinis aliò præterquam in iecur,
 neq; ex plexu reticulari aliò quàm in cerebrum, neque ex vasis semen præparati-
 bus in aliud quoddā præterquam testes. Ita verò meatus omnes biliosum humo-
 rem cōgregantes, in vnum vas deferuntur, nempe vesicam iecori proximam: inde
 in omnia interiora illū mittunt, quemadmodū renes vrinā in vnā nimirū vesti-
 cā propellūt. Neq; igitur iecur, si vt cordi sanguinē præpararet, à natura creatū est,
 distribuere ipsum semielaboratū creditur. neq; enim ministri tale opus, sed ducis
 & præfecti, neq; totiūs materiæ nō satis elaboratæ affectus: quippe ministri est solū
 præparare: materiæ deficientis est nō distribui. Atqui neq; vt minister iecur, sed vt
 dominus, neq; vt materiā deficientem, materiā sanguinis distribuere creditū est.
 Omnes enim quæ infra septū transversum animantis sunt particulæ à iecore, ei-
 tra controuersiā sanguinē obtinet, et si plures dimidiā ipsarū parte existāt, imò q̄
 si & ipsum septū transversum & membranā cor integētē, vnā eū alijs mēbranis

vicinis, tū quæ thoracem intersepiunt, tum quæ pulmonem ambiunt, alimentum haurire ex caua vena, prius quàm ad cor perueniat, à cōfectione edocti fuerimus, sciemus plures animalis particulas ex iecore nutriri, & palā, & sine controuersia. Ostendetur enim paulo post, & superiorē cordis portionē totā ex iecore alimentum recipere. sed indubitātū iam sit, inferiorē cordis regionē ex illo nutriri, imò & ipsius thoracis integras duas partes. attestatur orationi etiam inter alia vniuersa, quæ in anatomis apparent, & primū, & maximū, nempe recrementorū sanguinis expurgatio. Quia enim absolutæ humoris generationi, & congruā speciē obtinēti, recrementorū instrumēta purgatoria, natura fabricata est, renes, lienē, vesicam bilis receptricē, nullum licet quartū aliud alimenti excrementū ne cogitare quidem, vel materiæ qualiscunque à calore mutatæ. verū plurimū tria numero sunt, id quod in alijs iam operibus ostensum est, rursūsq; ostēdetur in præsentī cōmentario, sermonis processu. Nūc autē dictum est, vt nihil veri relinquatur. verū præsentia fidē ex illo non requirunt: quippe constat renū & fellis vesicæ functio, sanguinē expurgare. In corde neq; aliud quoddā purgans instrumentū natura fecit, neq; aliū machinata est humorē. similis nanq; sanguis est, & qui in dextero cordis sinu, & qui in omnibus venis per totū animal continetur, quemadmodū & qui in arterijs vniuersis habetur, ei respōdet, qui in sinistro sinu existit. Hic itaq; plerunq; tenuior est, & flauior, nōnunq̄ e contrario crassior & nigrior: semper verò calidior ipse est. At qui in dextro sinu cōtinetur sanguis eādē speciē habet quā omnis alius: & is qui in iecore habetur, tanq̄ nihil singulare ac eximiū in dextro sinu acquirat. Maxima autē fides, iecur nullū humorē in animalis particularū nutritionē cordi præparare, sed ipsum vniuersam eius speciē absoluere, quòd vna sit vena quæ ex iecore aut corde procedat: altera verò non itē cōtra enascatur ex alia ipsorū parte, quæ elaboratū humorē in totum corpus deducat, etsi alia quidē arteria introducat, alia educat spiritū. Videtur enim natura non eisdē vti vasis, & ad semielaboratas materias, & omnino cōfectas, imò ne eisdem quidē vijs. Neq; enim fieri potest, vt simul semicoctū alimentū ex iecore in cor dispēsetur, simul iam elaboratū per eandē viam deferatur. verū esset omnino alia quidē vena quæ semicoctū inueheret, alia quæ exacte elaboratū educeret. nunc autem inuehit quidē aliqua, nulla autē euehit, præter eam quæ in pulmonē pergit, de qua vberius in libris de vsu particularū considerabimus, causam indagātes cur ex corde, nō ex caua vena natura in pulmonē inseruit aliam venā, quæ viscus enutriet. requirit autē maxime si quis alius sermo, certe hic nobis propositus, id quod in cōlectionibus apparet. Nō solū enim nulla vena apparet, quæ ex corde in inferiores particulas deferat, præterq̄ quæ ex iecore sanguinē sursum educit, imò neq; in superiorē cordis regionē vena vlla peruenit, quoniā caua vena à iecore rectā ad iugulū emergit, atq; huius ramus aliquis, qui cordi inseritur, nō ex illo ipso prouenit. at nota euidentissima est, quæ in grandi arteria conspicitur, si aliqua velim, sic ad cauam venā pergere. vna nāq; arteria maxima ex sinistro cordis sinu procedēs, manifestò in vtraq; diuaticatur arterias, tū eam quā sursum ad caput, tū eam quā ad spinam deferri videmus. Ita igitur cōueniebat & venā quæ ex dextro sinu enascitur, manifestò in vtraq; partes propagari. Verū nō ita apparet, sed ab ea quæ sursum tēdit, ex iecore in cor distribui. Quomodo igitur adhuc dextrū cordis vētriculū venarū esse principiū, quēadmodū sinisteriorē arteriarū opinari quis poterit? nam in dissimili-

tria remanentia alimentum

libus notis dissimilē esse indicationē oportet. At si alicui videatur exigua esse pro-
 cessus vasorū nota, quāuis exigua nō sit, certe illam, sāt scio, non exiguā esse dicet,
 quòd multa animalīū dextro cordis sinu careāt, licet existimandū non sit cauam
 venam ex hoc procedere ventriculo, quū in permultis animalīū generibus iecur
 quidem existat, & caua vena: sinus autē dexter nequaquā. Quæ igitur sint, & quot
 animantiū genera, in quibus dextrum non esse cordis sinū affirmem, quū nume-
 ro ea perlequi nequeā, cōmune in ipsis caput inueni, dissectis multis varij generis
 animalibus. inest autē ipsis eximiū, quod non omnibus cōtingit aquatilibus, puta
 nō respirare ex aēre, neq; habere pulmonē. hoc enim ad secundū vsq; in omnibus
 animantiū generibus obseruauī, dextrum cordis sinū simul cū pulmone & perire
 & generari. Porro dilquīsiui lōgo tempore etiam ipsorum causam, ac scripsi quæ
 mihi vīsa sunt cōsentanea in opere de vsu particularū. Culices igitur, & muscas, &
 lumbricos, & apes, & formicas, neq; dissecuri, neq; dissecare aggrederer. Quū enim
 in gradibus animalibus multos dissectorū errores inueniā, ratio est scilicet in mi-
 noribus magis eos aberrasse. Sanē nullū fuit eorū quæ ego in hunc vsq; diē disse-
 cui, in quo non esset cor, iecur, caua vena, & magna arteria: ac apparet, quæadmo-
 dum arteria ex corde, sic vena ex iocinore perpetuo oriri, etsi neutiquā dextrum
 cor ventriculū habeat, eōq; videtur in ramos scissa, vbi septū transuersum subter
 cor permeauerit, sicuti in alijs, quū propter iugulum venerit: in alijs animantibus
 non paucis est quidē dexter ventriculus, verū nihilominus caua vena in magnos
 duos ramos diffundi apparet, prius q̄ ad cor peruenerit, atq; hoc propè omnibus
 volatilibus inest, omnibūsq; serpentibus, atq; pedestriū non paucis. Quare pluri-
 ma animātia cauā venā manifestò ex iecore habēt exorientē: quippe euidēter ap-
 paret vtriusq; propaginis duplū latū vas quod ex illo viscere procedit, tanq̄ simul
 seorsim à caua vena inibi diuaricata. Neq; latior quādoq; altera propago altera in
 animali quodam apparet, sed ambæ simul cauæ venæ palā sunt æquales, ferme cū
 voce interpretantes hanc venam veluti caudicem quendam esse: ipsas verò ab ea
 discissa nasci tanquā ramos quosdam, aut etiā surculos. At non solum caua vena
 ex gibbis iecoris partibus processit, verūm etiā ex cauis altera vena, quā alij portas
 iecoris appellant, alij portis vicinā. Non enim totam venā portas esse, sed quantū
 prima ipsius portio ex iecore emergit, quæ etiā omniū latissima est. nā ab ipsa vas
 in ambas partes dispensatur, tū in cauas iecoris partes omnes, tū in vētris partes
 omentum nuncupatū. Venarū quæ plurimæ in his omnibus existunt, nulla cordi
 est cōtinua: quod quū aliquis veritatis studiosus audiuiisset, admirabatur, & sermo-
 ni fidē non adhibebat, volebatq; id quod dicitur, sibi demonstrari: ac postq̄ vidisset,
 dānabat vehementer eos qui cor venarū esse principiū pronunciarūt. Quemad-
 modum si vnam quamlibet in toto animāte venam segregatam adeo inueneri-
 mus, vt neq; ipsi coniūgatur iecori, neq; alicui venarū ab eo procedentium, non
 pronunciamus venæ illius primordiū esse iecur, ita quoniam nunc non vnam,
 neq; duas solum, sed innumerabilem quandā multitudinē inueniamus nullam cū
 corde habere continuitatem, nō, opinor, dixerimus illarū venarum cor esse prin-
 cipium. Merito igitur dicta est radicatio venarum esse iecur, arteriarū cor, arboris
 in terrā semine proiecto. In omnibus enim his radicatio totius est, nō prima-
 riæ generationis tantū, sed etiā presentis dispēsationis. Quòd autē id ipsum quod
 in anatome apparet, cogit etiā contraria opinātes, inuitos verū fateri: hinc potis-

simum condiscas. Nullus anatomicorum quū confectionem venarū scribere ag-
 gredereſ, aliud initiū diſciplinę idoneū potuit facere iecore prætermiſſo, verū ſiue
 dubitare de principio ſe dixit, vt Herophilus, ſiue cognitionē ipſius habere, vt alij
 multi, & noſter Pelops, tamen diſciplinā fere omnes de iecore inſtituerūt. ac maxi-
 5 mē mirabile, & incredibile quid Pelopi accidit, qui in vno opere venarū principiū
 cerebrum aſtruxit, confectionemq; ipſarum ſcribens, à iecore incepit: in ſecundo
 ſanè commentario Hippocraticarum introductionum admodum ſtrenuè cer-
 tans, vt cerebrum non modò neruorum, ſed etiam venarum & arteriarum princi-
 pium oſtendat: in tertio autem confectionis venarū, à iecore auſpicatus, quem-
 10 admodum & alij propè omnes anatomici eſſe ſcribunt. nam ad diſciplinam ſtu-
 dioſe hoc viſcus initium factum eſſe ſermoni. Demiror autem ipſos, ſi citra cau-
 ſam naturalem idoneum ipſum ad diſciplinam eſſe arbitrantur. Ego etenim no-
 ui & hoc vnum, inter ea quæ omnibus in conſeſſo ſunt, nempe nihil eorum quæ
 facta ſunt, & quæ fiunt, cauſæ eſſe expers. Quòd ſi igitur dubitare ſe fatentur de o-
 15 mnibus occultis ſimiliter empiricis, neque mihi aduerſus eos diſputatio quædam
 erit, vt qui nec initium ipſorum inquirant, neque ſimiliter diſſecent. At ſi rationē
 ſe habere affirmant, ex qua ea quæ ſenſum ſubterfugiunt, inueniant: cur non hu-
 ius ipſius primum quod dicunt, cauſam inſpexerunt, idoneum ne ſit ad diſcipli-
 nam, à iecore venarum diſſectionem in ſermone incepſiſſe ſine cauſa, o viri ſapiē-
 20 tiſſimi? An quoniā omnino natura ſuperiores partes poſſidet, & ad diſciplinæ ini-
 tium accommodatius eſt? Quæ autem ſit illius eminentia quam Græci dicunt
 πλανεſία, inquirere æquum eſt, non ocioſe, neque ſegniter prætereire. Porro initiū
 inuentionis idipſum puto exhibiturū, quod ab omnibus conſeſſum eſt anatomi-
 cis, qui affirmant ipſum ad diſciplinæ initium eſſe accommodum. Si enim nulli-
 25 us alterius in hoc ipſo rationem nobis poterunt reddere, cur dicant idoneum ad
 diſciplinæ initium exiſtere, neque quod colore rubrum eſt, neque quod fibris cō-
 prehensum, neque quod in vna ipſarum fellis vas exporrectum eſt, neq; propter
 huiusmodi aliud vllum, ſed quia omnes ei continuæ venæ exiſtunt. Atqui neque
 alterius cuiuſquam hæc ipſa nota eſt, præterquam initij. neque enim propter ali-
 30 ud quippiam neruorum confectionis alterum diſciplinæ initium facere licet ce-
 rebro prætermiſſo, quàm quia initium horum exiſtat. Hoc enim non conſeſſo,
 nemo aliam poterit inuenire cauſam, neque arteriarum diſſectionis, quæ cor. nam
 initium à natura conſtitutum, etiam diſciplinam à ſeipſo cogit fieri. neq; enim ſi
 quis aquę diſtributionem quę in ciuitatem introducit, volet exponere, initium
 35 narrationis aliunde poterit facere primo ingreſſu prætermiſſo, ſed neceſſitas omnis
 cogit, hunc regionem illam vr̄bis præfatam, intra quam prius à foris aqua perue-
 nit, ab illa ſubſequentem totam narrationem exordiri. Quare inquirendum non
 eſt aliud rei naturæ principium, aliud ipſius diſciplinę. nam ſecundum rei naturā
 diſciplina inſtituta, idem habet cum eo quod docetur initium, neque licet recte
 40 volenti exponere vel generationem factorum, vel diſtributionem eorum quę diſ-
 penſantur, aliud principium commodius quàm verum adinuenire. Siquidem do-
 mus generatio primum cogit meminiſſe fundamentorum, nauis, carinę: ita etiā
 ſi vr̄bis, aut gentis, aut exercitus gubernationem cogites percenſere, neceſſe erit
 primi initij in vnoquoq; meminiſſe. Mirari itaq; ratio eſt eos qui docere ſe quidē
 45 recte aliunde ſumpto initio poſſe aſſeuerant: ignorare autem verum venarū prin-

cipium, & verum rei initium. Sed siue recte quis docet, à naturæ principio exordi-
 etur: siue verum principium nouit aliquis discipline, non ignorat. Sufficiunt itaq;
 & hæc ad venarum principij demonstrationem. Iam nihilo minus vt illa quæ di-
 centur à me, firma sunt indicia eius quòd cor neuiquam sit neque initium san-
 guinis totum corpus nutrientis opifex, neque instrumentorum ipsius. Ostendam
 autem vtrunq; seorsim, ac prius quòd non sit animanti sanguinis nutrientis in-
 itium. At cur iterum nutrientis adiectum est in oratione? quia ostendebam me
 non negare in corde generari alium quédam sanguinem, alium animantibus vsum
 exhibentem, sed quòd nunc est propositum, eum à quo omnia animantis membra
 nutriuntur, ex iecore, non ex corde proficisci, monstraturum polliceor, ab ijs quæ
 ex anatome apparent, sermoné exorsus, quod maximè pugnat cum Erasistratijs,
 qui nunc nos dicunt paradoxa & noua astruere. Porro dictum est quid de Eras-
 istrato videatur, in opere de febribus, nempe quòd membranæ osculis vasorū ad-
 herescant, quibus ad ministerium materiæ introducendæ, & rursum educendæ cor
 vtitur. Has membranas non esse quidã dicere ausi sunt, sed ab Erasistrato effictas,
 dogmatis constituendi gratia. Veruntamen eatenus omnes medici cognoscunt, vt
 rudis omnino esse videatur, qui non eas nouerit. Sunt autem in ostiolo cauæ væ-
 næ tres spiculorum sulcis structura simillimæ: vnde puto etiam trifulcas nonnulli
 Erasistratorum ipsas nuncuparunt. At in arteria venosa (sic nomino eam quæ
 ex sinistro cordis sinu in pulmonem disscinditur) simillimæ quidem specie, nu-
 mero autem impares. Hoc enim solo corpore duarum membranarum prouetus
 est, aliorum corporum vtrique tres membranæ sunt vniuersæ: Græcorum literã
 repræsentantes. Educit autem, vt Erasistratus inquit, exponens conspicuum v-
 trunq; ostium, sanguinem in pulmones alterum ipsorum, spiritum vero in totum
 animal alterū. At membranarū, vt illi videtur, ad contraria cordi ministeria obeūda,
 vicissitudine opportuna temporis illas vasis materias introducentibus obnasci
 foris intrò tēdentes, hoc est interius ab externis pergētes attolli quidē a materiā
 introitu, sublabi autem in cordis sinus, aperiundo oras, exhibentes facilem ingres-
 sum ijs quæ in ipsum trahuntur. Non enim sua sponte materias ingredi inquit,
 tanquam in solium quoddam inanimatum, sed ipsum cor eleuatum, tanquam
 fabrorum folles attrahere distentum eleuatūque. At vasis materias educentibus
 incūbere has dicebamus, ac cōtrario modo affici. nam ab internis foras tendētes,
 incitari quidē ab exeuntibus ora aperire, qua ratione cor materias suppeditabat,
 in reliquo autem toto claudere omnino oras, neque aliqua emissorum redire cō-
 cedentes. Ita verò & in introducentibus, vbi cor contrahatur, ora claudere, nihil
 attractorum ab eo rursum recurrere permittentes. Si igitur hæc ita se habent, o viri
 Erasistrati, alia vasa iã sermone dimittamus: id aut de quo ambigit, inspiciamus,
 cauã scilicet venam, quæ ex iecore in cor sanguinē inuehit, quot habeat obductas
 mēbranas, an ab internis foras tendentes, an contrà à foris intro vergētes. sed fortè
 neq; hoc magnum est ad probandum sanguinē in iecore prius esse preparatū: indè
 aut in cor deferri relinquēdū inibi residuū peculiaris speciei vt exactè absoluat. 40
 Quinetiam rationem habet, nullum perfectum magnūq; opus subito posse fieri,
 neq; ab vno instrumento naturali peculiarē ornatū omnia consequi. Ostendite igitur
 nobis aliud vas quod ex corde hunc exornatū sanguinē educat, & distribu-
 at per omnia corpora, quēadmodū arteria spiritū. Atqui vniuersæ quatuor sunt 45

oræ: duæ in utroque ventriculo: vnum ex pulmone spiritum introducens: alterum
 educens. Ambo hæc in sinistro ventriculo consistunt, reliqua duo in dextro. In pul-
 monem sane alterum sanguinem inuehit: alterum spiritum educit, de quo totus
 sermo est. Quintum vero aliud os non reperias in corde, quo sanguinem ex ieco-
 5 re ad ipsum peruenientem in totum corpus transmittet. Ne igitur dicatis san-
 guinem & spiritum ex corde toti corpori distribui, neque hoc esse viscus ut arteria-
 rum, sic etiam venarum originem, neque vas alterum possitis ostendere ex corde
 procedens, neque ex alio quodam, præter membranas, quas haud frustra quicquam
 faciens natura in principalissimo viscere constituit, non adeo magnum ministe-
 10 rium ipsi præstituras. Ac mihi mirari subit omnium maximè Erasistratum, qui li-
 bro primo de febribus simul pronunciet cor esse & arteriarum & venarum prin-
 cipiū, simul autē dicitet membranas à foris intrò spectantes, vas materias introdu-
 centibus supercreuisse. neque enim hoc licet dicere quod sanguinis quodam in-
 itium iecur sit, virtutis autē venas dispensantis cor. Nā ubi neque arterijs ex corde virtutē per tunicas
 15 emitti fatetur, an venis fatebitur? Quod si in-
 itium illā esse particulā dicimus, ipsis
 à se procreatis aut virtutē aut omnino materiam suppeditabit. cor non licet ve-
 narum dicere principium, quoniam facultatem ipsis, authore Erasistrato non sub-
 ministrat, neque ipsis arterijs. At materia sanguinis ex iecore manifestò profici-
 scitur, non tamen quoniam omnes in cor venę pertinent, in-
 itium earū cor ipsum
 20 licet dicere. non enim in id desinunt, ut prius demonstratum est. Igitur quia in pri-
 ma conformatione ex corde generatio ipsarum est, ideo principium venę cor ha-
 bebunt? Sed neque de tali principio erat quæstio, ut in primo commentario per
 initia statim definitum est, ac Erasistratus præter quod generationis ipsarum ini-
 tium non quæserit, ne demonstrationem quidem ullam dicere aggressus est, quò-
 25 modo ex corde natura fœtum formando, venosum genus produxerit. Verūta-
 men nec in neruis tale quæsiuit principium, quemadmodum neque in arterijs, sed
 solius in animante absolute conformato dispensationis primordium enunciauit,
 arteriarum sanè functionis cor, neruorum caput. Itaque neque venarum aliter di-
 ceret in-
 itium cor existere. ob quam rem obscura est viri sententia de venis, ut qui
 30 nihil de sanguinis generatione prodiderit, sed totam hanc functionem reliquerit
 inconsideratam, quum sit multo magis necessaria animantibus ea quæ in ventri-
 culo est. Viuere siquidē licet nobis etiam si neutiquam venter cibos conterat, quū
 offerre succos possimus, ut in multis gentibus lac. Mori autem necessarium est,
 si sanguinis pereat generatio, quę neque an iecori, neque an venis, neque an cordi
 35 concredita sit, manifestò ausus est pronunciare, tantum abest ut demonstratio-
 nem aliquam sermoni adiecerit. Verum non modò hanc actionem quę cibos se-
 cundum qualitatem inalterat, ut verbum de verbo exprimā, percensere neglexit,
 sed etiam nutritionem similiter fieri, exponere aggressus, omnium magis quàm
 alterationis meminit. Quod si verò huius meminit, statim puto etiam hoc consi-
 40 derauit, quod omnia quæ ab aliquo alterantur, in alterantium speciem muten-
 tur. Quemadmodū enim ignis, qui lignum sibi ipsi assimilat, ex se simul genera-
 tionem, simul alimentum obtinet: simili videntur modo etiam stirpes & anima-
 lia alimentum sibi assimilare: id quod innotescit ex semicoctis recrementis, quæ
 similia semper corporibus quæ nutriuntur, quorum sunt excrementa, redduntur.
 45 Physicus itaque magis sermo est, & requirit auditores prius exercitatos in naturalium

facultatum speculationibus, quas priuatim alias sumus persecuti. Dicitur & de ijs
 hoc opere paulo posterius. In præsentia absoluere cogito totū de Erasistrati sen-
 tentia sermonem quo demonstratum est, ex prima in vtero fœtuum conforma-
 tione, non ex corde venas habere originem. Omnes enim secundarum venæ quæ
 vtero conceptum annectunt, propagines sunt vnius venæ maximæ ex iecore pro- 5
 ductæ. Hæc autem veluti truncus aliquis in ramis permultis valorum ex ipso in se-
 cundas procedentium, longissime integra, vnâq; manens, magnum quod in ipso
 viscere est interuallum permeat: emergens autem iam foras, alterum maximum
 spatium in duplicem fissâ ramum pertransit: atque hoc diffinitum terminis, vno
 sanè quem nunc dicere desij, quum emergit primum extra cutem: altero quum 10
 supergreditur inuolucrum fœtus, quod a mollitie dictum est amneos. nã omnis
 per hoc transitus venam à iocinore ad umbilicum contractam comprehendit, in
 duos ramos diuariatam. Tertia alia regio duas has accipit venas in secundis, non
 magis duas permanentes. Finditur enim vtraque multifariam, in complures alias
 variè secundis dispersas. Rursus ab illis arteriæ quædam, deinde ab illis aliæ gene- 15
 rantur, quemadmodū furculi à ramis, vsque dum in minima vasâ veluti extremas
 venas stirpis definant. Peculiaris autem erat vtique, neq; venam è iecore profe-
 ctam caudici in multos disscisso ramos, assimilare, neque extremos fines germi-
 bus, verum has ipsis quidem radicum extremis quæ terræ inseruntur, maximam
 autem venam vniuerso radicationis initio. Apparent enim fines venarum vtero 20
 infixis radicibus, alimentum ex seipso sanguinem, ad iecur tanquam totius stirpis
 principium sursum efferre. At si nolis iecur initium statuere, cordi quidem neuti-
 quam poteris adhuc principium attribuere, cogeres autem omnia quæ in vterum
 inseruntur extrema, initium venarum pronunciare. At si hoc fiat, etiam arteria- 25
 rum originem necesse erit extrema valorum in vuluam pertinentia statuere, cor-
 de prætermisso. Ostende igitur nobis adhuc etiam neruorum principium ex ipsis
 procedens. Attamen neque est aliquis neruus ex vtero in secundas innascens, neq;
 in secundis apparet, neque iuxta umbilicum vel extrinsecus intro procedere, vel
 ab internis foras excurrere. neque enim erat omnino vsus, neruorum principium
 eius quod gignitur, vtero esse commissum, quemadmodum arteriarum venarūq; 30
 initium. Hæ siquidem materias ex ea quæ vterum fert, requirunt, initium verò
 neruos non desiderat. Ostensum est etiam in prioribus iam sermonibus, quo-
 modo maxima vasâ minorū sint principia. Proinde & vena ex iecore procedens,
 omnium quæ secundas perreptant, initium existit, sicuti & arteria quæ ex corde
 proficiscitur. Etenim hæc quoq; omnibus secundarum propriam facultatem sup 35
 peditat, non illę huic. quippe ex semine infantibus prouenit initium facultatū eos
 regentium, non ex vtero. Siquidem vbi fune interceperis, aut tuismet digitis
 umbilici arterias compresseris, omnes quæ in secundis habentur, statim pulsū vi-
 debis destitutas: cuius contrarium appareret, si motus initium ipsis vterus exhibe-
 ret. Videor autem diutius immorari in re manifesta, simul & anatomicis prope- 40
 modum omnibus confessa. etenim quomodo diuidendū sit fœminæ in vtero ge-
 rentis abdomen, & quomodo infans nudus reddatur, vtero adhuc affixus, non no-
 strum inuentum est, sed a multis vetustioribus expositū. Apud hos ipsos in con-
 fesso est etiam, quod conceptus virium quæ ipsum gubernent, in seipso habeat
 principia. quare ab hoc digredi iam cōuenit, inquirendo vtrū fœtus in se venarū 45

habeat initium, an vulua grauidæ. Inspecere autè quo ex viscere hæ processerint,
 prompta est inuentio ex ijs quæ in confectionibus apparent. nam in quod omnes
 secundarum venæ terminantur, inde procedunt. Atqui manifestò hoc apparet om-
 5 nibus qui oculos habent. vniuersæ in vnam coeunt venam ex iecore profectâ,
 sicuti & arteriæ omnes ad magnam spinæ arteriam concurrunt. sed hic sanè quæ-
 admodum extra fœtum permeat arteria per totum inuolucrum amnium, ita etiã
 vsque ad spinæ arteriam duæ permanentes, procedunt. Venæ autem duæ per um-
 bilicum excurrentes, in vnam venam coeunt, quæ rectà à iocinore duas arterias
 accedit, neq; ad cor ipsum manifestò, neq; ad magnâ arteriã defertur. nam vtro-
 10 bique vesicam circūplexæ in decliue pergunt, vsque dum arterijs inciderint quæ
 ad crura concepti feruntur. Sed quoniam ex magna lumborum arteria defluxe-
 runt, ideo nonnulli anatomicorum vt illam, has terminari dixerunt. si quidem ex-
 actè consideres, vera non dicunt. sin autem vt dictum est, nunc intelligas ea quæ
 recensentur, neque exactè eius quod apparet, narrationem tractant, neque multū
 15 adeo aberrant. Mirabile igitur mihi videtur de viris qui arterias omnes, tum se-
 cundas, tum umbilicum perreptantes, ex corde prouenisse dicunt, quum neq; ex
 illo procedant, neque ex magna per lumbos excurrente, sed ex ijs quæ ab illa in
 crura enascuntur. Itaque æquum erat arbitror iecur principium ponere & umbi-
 licum & secundas perreptantium venarum omnium, sicuti & cor arteriarum sta-
 20 tuimus. Quæ enim vasa ex ijs quæ ab alio nata sunt prodierunt, idem cum illis in-
 itium obtinent. Multo magis ergo iecur venarum initium poni debet, quàm cor
 arteriarum, quantum ad ea pertinet quæ ex confectione apparent. quippe eui-
 dentiora ei insunt principij indicia. Ne igitur illud quoque te lateat, cur omnino
 pulsarent venæ, si ex corde ducerent originem. Disputatio autem non amplius
 25 mihi cum Erasistrato, aut Erasistratijs est, sed aduersus eos qui putant, non quia
 spiritu arteriæ implentur, ideo eleuari ipsas & pulsare, sed quia eleuantur, pulsant-
 que, ideo repleti. Commune igitur hoc placitum multorum & insignium virorū
 est, sicuti etiam quòd vim ex corde tunice arteriarū eleuandi & submittendi susci-
 piūt. In quo haud noui qua ratione descuerint inuicē Praxagoras & Philotimus,
 30 quum in alijs consentiant, arbitrenturque arterias plane ex seipsis pulsare. proinde
 si quis carnem ex animali excisam palpitantem in terram deiciat, euidenter arte-
 riarum motum videbit. Itaq; vellem eatenus aberrare tales viros ab eo quod ap-
 paret, vt non possint palpitationem a pulsū distinguere. Assentiendum, si quid iu-
 dico, est & hoc viris, item assentiendū, quòd si solam excideris arteriam, non mo-
 35 ueri, quemadmodum neque si tunc interceperis, adhuc cordi connexam. Atqui
 mirabile, quum quidem extra animal est, non solum cordis, sed aliarum omnium
 particularum ablato consortio, citra impedimentum ipsum pulsare: quando au-
 tem commissa est omnibus, pulsū destitui, fune interceptam. Sed neque extrin-
 secus admirande Praxagora semper palpitat ex corde excisa. Verum quid in hoc
 40 ipsum coarguere contendam? Satis enim est ostendisse solas arterias & motu &
 pulsū omnino destitutas, quum ex animante fuerint exemptæ. à corde igitur ipsis
 motus est: atque id rectè etiam dixit Erasistratus, non rectè autem motus gene-
 rationem exposuit. Etenim singule arteriæ non quasi vter qui inflatur, à corde spi-
 ritum exprimente replentur, verum quòd ei commissæ sint, & ex illo processerint,
 45 eiusdem cum toto viscere facultatis euaserunt compotes. Quòd autem totum

cordis corpus pulsat eleuatum contractumque ex seipso, ferè iam hoc etiam ex
 confectionibus cognosces, tunc vbi dextram ipsius partem explicueris. Cæterum
 cor nudatur thōrace non cōsecto, modo cartilago mucronata fuerit excisa, prope
 quam suspensum est cordis inuolucrum, quod pericardum dicitur. Porro triplex
 hæc thoracis spatiola laxitas est in medio pectore, neque diuersa à reliquis dua- }
 bus. Si igitur & hoc feceris, & rectum, vt dictum est, dextrum thoracem secueris, }
 dextri cordis sinus pullum euidenter contuebere. Non latebit te etiam vas ei in-
 nascens, quæ est propago cauæ venæ, similiter pulsans, siue quòd virtutem ex cor-
 de recipiat, vsque dum repleatur, influentem, siue quòd sanguis contra quàm
 dextra auricula est feratur, siue alio quodam modo motum hunc caua vena susci- }
 piat, superfluum est in præsentia considerare. Abunde enim ad institutum est,
 quòd neutiquam sic ipsa pulsat, quemadmodum magna arteria simul cum alijs
 vniuersis corpus percurrentibus. Quòd igitur neque primæ venarum generatio
 nis, neque gubernationis post hæc initium cor sit, manifestò ostensum est. Reli-
 quum est, de quo nonnulli opinati sunt, absurdum sanè admodum, veruntamen }
 nonnullis nobilium medicorum gratū, interpretari prius, deinde ostendere in quo }
 aberrarint. Aiunt enim, Sicut viæ quoddam initium dicitur, ita posse quoddam &
 venarum esse principium, nihil prohibet, etsi finem ipsum quis nominet, quippe
 ratione ad aliquid eiusmodi principium esse Athenas. sed hoc pacto nō cor solū, sed
 quælibet alia particula initium simul & finis dici potest valōrum in ipsam decur- }
 rentium. Sic igitur & cor cauæ venæ nihilo magis initium quàm finis putaretur:
 venæ autem ad portas sitæ nequaquam initium aut finis diceretur, dum neq; illa
 ipsa vena in cor desinit, neq; earum quæ ab ea propagantur vlla, quare neq; corpo- }
 ris venæ. Hac ratione errant qui nihil viarum quas norunt, quod necesse sit, men- }
 tionis faciunt. quippe inutilis huiusmodi quæstio est ijs qui vtilem ipsam esse po- }
 nunt. Equidem iecur principium simul & finis vniuersarum venarum erit: aliud
 autem nullum, neque viscus, neq; pars, quoniam totius corporis venæ nulli alteri
 particulæ ne continuæ quidem existunt. Rursus igitur ex superioribus sermonē
 ad caput repetamus. Si primæ generationis exordium venarum requiris, iecur est.
 si materiæ dispensationis, qua vniuersum corpus nutritur, & virtutis, ne sic quidē }
 aliud viscus reperias, quod aptius initiū censeatur. Dico enim & naturalia præter- }
 gressus initia, si tanq̄ disciplinæ initium, vel tanq̄ viam, vel quocūq; alio modo cō- }
 siderare voles, omnem principij notionem recipere iecur est idoneū. Si enim verè
 & natura venarum est principium, mirū hoc omni modo, principium ipsarū in-
 ueniri. An igitur iam sermonem hic finiemus, an apponemus ei caput vnū ex ijs }
 quæ superius distuleramus, quum diceremus nullum in naturalium facultatū spe- }
 culationibus exercitatū, aliud generationis sanguinis viscus, causatius quàm iecur
 pronunciare? Satius forsā est vltra quòd omnia dicta sunt adijcere, licet quā ma-
 ximè res proposita ab initio absolutè sit demonstrata, nempe id quòd nutrit,
 alterari in eius substantiam transiens, quòd nutritur: id quòd nos alibi, & propè }
 præstantissimi tum medici, tum philosophi demonstrarunt. Porro quòd si humor
 qui ex ventriculo in iecur distribuitur, sanguis fieri apparet, necessariū sit mutati-
 onem ipsorū à propria iecoris substantia effici, id non ita omnes consentiūt, verū
 opinantur nonnulli ipsas venarum tunicas sanguinè efficere, licet si ipsas inanieris,
 nihil à mēbranosa nerueæ substantia differre videas. Quemadmodum igitur }
 45

si quis à nervis, aut membranis, aut ossibus, aut cartilaginibus, aut pinguedine, aut
 summatim ab exangui corpore sanguinem gigni diceret, promptè eum damna-
 remus: eodem opinor modo, si etiam venarum tunicis ex sua ipsarum natura san-
 guinis generationem referas. Non enim rubrum illum humorem, sed album & vi-
 5 scosum reddere idonee sunt, vnde & generatio ipsis est, & incrementum, & nutritio.
 Demonstratum verò est de his in priore de semine libro. & sanè si id quod muta-
 tur, in similem speciem ei quod mutat, pervenit, iecoris ipsius carne nihil ad san-
 guinis generationem accommodatius reperias. Si enim sanguis fuerit incrassatus,
 exacta iecoris caro efficietur. At naturalium plurimi interpretes multa quàm igno-
 10 rent, negotium nobis facessunt, quorum alia nonnulla sunt & ea quæ de naturali-
 bus facultatibus opere demonstravimus. nam ventriculus cibus circumdatur, pecu-
 liarem ei humorem ex ipsis eliciens, donec fructus & omnino repletus, superfluum
 totum ad ieiunum intestinum propellat. Inde rursus iecur ad se trahit ipsum, in
 ventriculo priori tempore elaboratum: non per Iovem ventre iecoris causa ipsum
 15 inalterante, sed fieri nequit ut quum duo corpora in idem mutuo coeunt, non in
 se agant, patianturque. nam & hoc à nobis in illo commentario ostensum est, &
 quomodo fortius vincit, & alterum immutat. Sicut igitur ventris reliquum ieco-
 ri fit idoneum, ita huius rursus ipsius superfluum ijs quæ post iecur habentur o-
 mnibus: quum neque iecur ipsum illorum causa alimentum inalteret, sed quo di-
 20 xi modo, quum mutaret, alteraretque, id accommodatius interea redditur particu-
 lis post iecur sitis. siquidè uti ipsum per venas ex ventriculo & intestinis alimentum
 attraxit, ita quæ post illud constituta sunt, per alias ad se venas alliciunt, deinde
 rursus alia: atque hoc fieri solet usque dum in omnem animantis particulam ali-
 mentum pervenerit. ac præparat unumquodque semper, ac præcoquit id, quod
 25 sequitur secundum distributionis continuitatem. Sic igitur & iecur succum ex
 ventriculo distributum, sibi ipsi, hoc est carni, & ipsius substantiæ (quod à nonnul-
 lis medicis parenchyma, tanquam effusio dicitur) assimilat. Singulæ enim instru-
 mentariæ animantis partiæ quum ex alijs simplicioribus constent particulis,
 omnino peculiari quadam eiusmodi substantia constant, quali non aliud totius
 30 animantis corpus. Sanè ventriculi corpus proprium, quale non aliud omnium
 existit. Similiter & lienis, cerebri, renum, linguæ, oculorum, vesicæ, & uteri. Proin ar-
 teriæ, nervi, & venæ instrumentis inseruntur communis usus gratia: ita verò non-
 nullis ipsorum membranæ & ligamenta. Proprium autem cuiusque corporis sine
 his existit: quare etiã actionem eximiam aut alia possident. Siquidem ex communi
 35 necesse est scilicet actionem communem quoque esse. non enim potest ex cor-
 poris loco, venæ, aut arteriæ, aut nervi actio immutari. verum siue in calce, siue
 in cerebro arteriam consideraveris, statim ipsius communem omnium arteria-
 rum functionem simul perpendes. Simili ratione nervi, venæ, ossis, cartilaginis,
 membranæ, ligamenti, & pinguedinis. At secundum propriam uniuscuiusque sub-
 40 stantiæ speciem propriam necesse functionem esse. Quale enim pulmonis corpus
 substantia est, non reperies aliud, neque quale cerebri, vllum eiusmodi aliud: quæ-
 admodum neque quale cordis corpus substantia existit, nullum exactè aliud tale repe-
 rias. Itè renes & lien, utrunque ipsum, quale non aliud. At ideo actio cuiusque pro-
 45 pria est, propter substantiæ proprietatem. Iam caro in his multam proprietatem
 præter alias carnes obtinet. In oculo autè quid etiã dicendum est quòd peculiare

Græce
ante hoc
aliquid de
siderat.
σβεννύς
ουσα μὲν
δὲ ἰού
πὺ τῆρ
θερμότη
τα, με
λαίνου
σι δὲ
διὰ τῆρ
ψύξιν.

corpus eximiūmq; crystallinus humor sit, nulli aliorū vel propemodū simile, quoniam & actionis ipsius proprium nulli respondet. Nihil itaque mirum est iecoris proprium corpus secundū ipsius naturam actionem acquisuisse, ut quod ruberrimum sit. Nam sanguis etiam, si solum ab ambiente aere coaguletur, rumus euadit. * extinguendo quidem ipsius calorem, denigrando autem ex aeris refrigeratione. Non ita etiam in epate accidit, sed ab insita caliditate, quæ exornet id magis, quàm corrumpat. Alteratur enim utroque modo sanguis, & si grumus eualerit, & si iecoris caro. Verum in grumum alteratio, via ad corruptionem est: in iecoris autem substantiam, actio nature. neque est quicquam sanguini similis inuenire, quàm iocinoris speciem. Dicitum sanè non rectè est ab ijs qui asseuerant sanguinem tepidum in aquam distillatum, primæ & recens compactæ carni similem effici. Sed multo magis natiui coloris commoderatio, exactum ornamentum ei circumdat. Si igitur singulæ partes ex succo simillimo sibi substantia nutriuntur, atq; hunc præparare sibi natura possunt, & alterare & mutare, sanguinis generatio opus iecoris ipsius carnis existit. Hæc autem est, ut ostēdi, corpus ipsius peculiare. quocircà ab alijs segregatum aliquod viscus sui generis est. Itaque compos est etiam cor huiusmodi coloris, sed non quantum iecur. quippe hoc viscus corde humidius est, eoque rubrius, molliūque: cor autē siccius calidiūque iecore existit. Ita enim futurum est simul durius, & duplici motu arterijs similiter agitabitur, ut ex huiusmodi motu natiui coloris symmetria confèruetur, ut in opere de pulsū vfu ostēdimus. At durities ipsius, ne faciliè afficiatur, exhibet: motibus & continuis & valentissimis nonnunq̄ à natura præparatis: vnde neque proprius ipsius sanguis talis est qualis iocinoris, sed quanto calidius viscus viscere est, tãto flauior ille: quod proprium sanguinis siccius existit: sicuti & humidioris, rubrum. porrò dictū est & à Platone in Timeo de colorum horū generatione. Seorsim & nos exposuimus demonstrauimūque omnia verè esse dicta, scribentes de ipsis particulatim in alio commentario. Sed nunc quod nobis erat institutum, finiemus. sanguinis humidi temperamento, rubri autem colore, prima sanè in iecore est generatio: riuī autē venæ id toti corpori traducunt, distribuuntque. At sanguinis flauī, tenuis, subtilis, spirituosī, prima sanè in sinistro cordis sinu est origo. verū talem arteriæ dispensant, in totūque corpus deducunt. id quod vberius in commentarijs de nature facultatibus ostensum est. Quare simul quod in superioribus sermonibus de cordis sanguine iterū dicere distuleram, in præsentia exposui: simul quòd errauerint, qui cor venarum principium esse pronunciarunt, indicatum est. Si enim sanguinis cuiusdam, statim nimirum & venarum censuerunt: tanquam non etiam arteriæ sanguinem subtilissimum, calidissimūque haberent. Vt igitur arteriarum, sic & spirituosī feruidique sanguinis initium & fons, animantibus cor inest: & ideo irascibilis anima indidem habitare ostenditur. Hac ratione itaq; & Plato cor sanguinis, qui per omnia membra vehementer rapitur, fontem appellabat. Nō idem enim est, aut fontem sanguinis simpliciter dicere, aut apponere, qui validè circumfertur. Nā ex iecore proficiscēs sanguis nō valide circumfertur, qm̄ neq; spirituosus est, neq; omnino venæ eū cōtinētes pulsant. At q̄ ex sinistro cordis sinu prouenit, calidior hoc, & spirituosus admodum est, ut cuius vasa pulsent. Vocatur autem à vetustissimis medicis philosophisq; hoc vasorū genus alteri similiter, vena, ab alijs verò arteria, id quod pulsat: quod pulsus expers est, vena. Porrò quòd veteres sic

nominabant, multi iam qui ante me fuerunt ostendere, necnon ego alio in loco
 indicaui. Nunc tantillum, quatum ad presentia conducit, meminero, arterie quæ
 cubitum, & præsertim sinistrum excurrit, quum motus ex generatione est citatus,
 simul & magnus, validusque, robustam in corde vim animosam innuit, calorem
 5 vero in eo vigentem & feruidum, quem nominare furiosum iracundumque con-
 suetudo est. Itaque Hippocrates appellans venam arteriam hanc, ita scribit in se-
 cundo Epidemiorum libro. Cui vena in cubito pulsatur, is furiosus & iracundus erit:
 cui autem conquiescit, torpidus. Quod & venæ nomen & pulsus, in vehementi
 adeo arteriarum motu ut priusquam manus admoueat, sit homini sensibilis, à ve-
 10 teribus dicebatur, atque per alios demonstratum est: ac nunc quoque maximè appa-
 ret ex oppositione facta ad verbum quiescere, siue in quiete esse, quod Græci ἀτρέμειον
 dicunt, & nomen torpidum, nimirum contrarium insano, vel etiam iracundo:
 & non irascibile. Quare cuiusmodi obiter præter institutum in expositione no-
 minis venæ, non exiguum agitatū est, innuit Hippocratem ante Platonem irasci-
 15 bilis facultatis initium in corde statuisse. sed huius quoque paulo post meminero.
 Ad Platonis verba reuertor, quibus arterias nominans venas dicit: cor autem, &
 venarum & sanguinis qui per omnia membra valide defertur, fontem. Quando-
 quidem enim nondum pulsans vas, quemadmodum nunc arterie, appellatum
 erat: solas autem pulmonis quæ à recentioribus asperè nominatæ sunt, ita nuncu-
 20 pabant, bona ratione Plato ad distinctionem qualiumnam venarum principium
 cor esse vellet, adiecit etiam fontem sanguinis, qui rapide per omnia membra cir-
 cunfertur. Ad quod igitur hic sanguis animalis conducatur, iterum dicitur. Qui
 vero ex iecore provenit, in alimentum omnibus corporis particulis præparatus
 25 est: unde puto etiam Plato de illo disserens inquit. Vbi quoddam quasi præsepe ad totius
 corporis alimoniam extare volebant. Iam ex eo quod dicit, hanc sanè in iecore
 animæ speciem, quæ esculenta, poculentaque concupiscit, existere, non tamen in
 corde ullam huiusmodi adhuc appositam esse, innuit ex ventriculo in iecur referri
 velle alimentum: illinc ad cor ire quandam eius portionem, ad sanguinis in eo genera-
 tionem. Verum quod non ex ventris regionibus alimentum in cor statim, sed in ie-
 30 cur prius distribuitur, abunde in libris de naturæ facultatibus demonstratum est.
 Nihil præterea opus habeo impresentiarum repetere: satius autem est sermoni tan-
 tillum adijcere. Calidum sanè affatim necessario esse viscus irascibile, non autem
 necessario calidum vehementer appetitorium: sed in stirpibus quidem permultum
 irascibili inferius, in animalibus non tanto quidem, sed tamen non paulo: neque
 etiam adeo calidum efficeret humorem, nisi id simul eiusmodi fuerit: neque pulsus
 35 expertes haberet venas, si feruentis esset caloris initium. Hæc utique & Hippocrates
 indicans conscripsit. Venarum iecur radicata, arteriarum cor. ex his dispergitur in
 omnia sanguis, spiritus, calor per hæc transit. sanguinem sanè ex iecore perficisci dicēs,
 spiritum ex corde, calorem ex utrisque; unde nihil differt venarum principium dicas iecur, aut
 40 sanguinis, aut appetitorie anime: sed familiarius medico de corporeis instrumentis,
 philosopho de anime facultatibus disciplinam instituere. Alterum autem alteri demonstra-
 ti comes est. Itaque videtur in hunc modum de ipsis Hippocrates & Plato scripsisse, ille
 de corporis instrumentis longiore sermone facto. Quapropter Hippocrates inquit.
 45 Radicata venarum iecur est. cōsectionemque venarum hæc describit. Iecoraria in lumbis
 usque ad maiorem vertebram ab inferiori parte etiam vertebris comunicat, inde sublimis

» per iecur & septum transfuersum ad cor, & partim recta ad clauiculas pergat. inde
 » alia in ceruicem: alia ad scapulas: alia reflexa inferius circa notam vertebrae &
 » latus declinant: ex sinistris vna prope clauiculas: ex dextris ad aliquam huius regi-
 » onem. Alia paulo inferius deflexa, vnde illa desijt, annectitur costis: vbi autem ad
 » ipsum cor peruenerit, in sinistram deflectit: vbi deflexerit, inferius ad vertebrae de- 5
 » scendit, vnde inceperat attolli, costis reliquam omnibus impartiens: inde propa-
 » gines singulis, vna quum sit, exhibens. A corde quidem in locum aliquem pergat,
 » in sinistris magis inherens, deinde subter arteriam, donec insumpta fuerit, eaque
 » vnde iecoraria eleuata est: priusquam illuc veniat, iuxta extremas duas costas scin-
 » ditur, atque altera soboles hinc, altera illinc ad vertebrae tendens insumitur. Quae 10
 » autem recta a corde ad clauiculas tendit, supra arteriam habetur, & ab hac, sicuti
 » quae iuxta lumbos est, subter cor exporrigitur, hinc in iecur emergit: partim ad
 » portas & fibram: partim in aliam eius partem, a paulo inferiore praecordiorum
 » parte. Praecordia autem iecori coherent, quae haud facile est separare. Duae a clauic-
 » culis, haec illinc, illa hinc sub pectus ad pectinem pertingit. quo vero inde pergat, 15
 » nondum noui. Praecordia iuxta vertebrae quae subter costas est, habentur. qua
 » renes ex arteria prodeunt, isthac comprehenduntur. Arteriae autem ex his proce-
 » dunt, hinc & illinc robur assumentes. Hac autem recurrens a corde iecoraria desi-
 » nit: verum a iecoraria per ipsa praecordia grandes duae venae, partim hinc, partim
 » illinc, feruntur sublimes, multifariamque per praecordia diuisae, ipsa amplectuntur 20
 » circumueuntque. At supra praecordia haec magis conspicuae sunt. Hoc pacto sane
 » Hippocrates confectionem venarum ex iecore procedentium conscripsit, indi-
 » cans illinc esse ipsum initium. Exposuimus autem ipsius verba, tum alibi, tum in
 » secundo de Hippocratis anatome. At Plato non de venis, sed de virtute ipsa dispe- 25
 » sante, quae a iecore ducit originem, in Timeo differens, hoc modo disputationem
 » persequitur. At eam animae partem quae cibum potumque & reliqua omnino qui-
 » bus corpus indiget, concupiscit, media regione inter septum transfuersum umbi-
 » lici terminum collocarunt, vbi quoddam quasi praesepe ad totius corporis alimo-
 » niam extare volebant, ac ibidem illam animae vim, ceu feram agrestem, illigarunt.
 » Hic sane illam corpus suum alere necessarium est, si quidem mortale genus qua- 30
 » doque futurum est. Et paulo progressus, Hac, inquit, deus rei consulens, specie con-
 » stituit. In hoc sane viscere tanquam distribuentes disputationem, hic de instrumentis,
 » ille de virtute ipsa gubernante disseruit. In corde autem similiter ambo tractarunt.
 » Plato sane in Timeo in eum modum scribens. Cor, & venarum & sanguinis qui
 » per omnes partes vehementer circumfertur, fontem in domicilium munitum con- 35
 » stituerunt, ut quam iracundiae vehementia ferueret, ratione dehortante si quid inique
 » in eis fiat extrinsecus, vel etiam ab internis cupiditatibus, statim per omnes angu-
 » stos meatus, quicquid sensus est particeps in corpore, iussa minasque sentiens, fiat
 » morigerum, & obsequatur vnde quaque, praestantissimumque in ipsis omnibus, prin-
 » cipatum gerere sinat. Plato igitur vtrunque sermonem in idem sic miscuit, tum 40
 » qui de irascibili anima est, tum qui de corde, & vasis ab eo procedentibus. Hippo-
 » crates autem rursus ipse ab huiusmodi dicto abstinet, praesertim in superiori ora-
 » tione, qua ex pulsu venae cubiti coniciebat de animi moribus. Iam vero dum curat
 » prauum corporis colorem & gracilitatem in habitu refrigerato, quippe iracundiam
 » dicit studiose excitandam, tum coloris recipiendi gratia, tum effusionis humorum, 45

- „ quæ dicitur ecchymosis. Interpretari itaq; hæc Plato videtur, vbi inquit, In corde
 „ quum iracundiæ vehementia efferbuerit. At post eum philosophi hanc quoque
 iracundiæ finitionem statuerunt, dicentes ipsam caloris in corde feruorem esse. } 2a
 „ Quinetiam quum de febris generatione Hippocrates differit, Augescit enim, in
 5 „ quiens, pedes refrigerans, incensa à thorace, in caput emittit veluti flammam, na-
 „ tiui caloris initium cor nouit. Verum institutum nõ est in hoc opere, neq; omnia
 virorum verba colligere, neque interpretari, quum in alijs commētarijs priuatim
 ea sim expositurus: quod autem ab initio dixi, considerare, indicarèque dogmata
 tantum, in omnibus ne inter se consentiant, an non: tempestiuum iam est hic etiã
 10 librum præsentem finire, quum iecur, & venarum, & sanguinis, & appetitorie ani-
 me principium esse demonstraerim. Quoniam vero non solum Hippocrates &
 Plato sic opinati sunt, sed etiam poëtarum, quorum ceu testimonijs vtitur Chry-
 sippus, non pessimi censuerunt, hoc præterea adijcere sermoni oportet, propter
 admirabilem ipsius sapientiam, qui recedens subinde à scientificis demonstratio-
 15 nibus, poetis, fabulis & mulieribus ad fidem dogmatum faciendam vtitur, nõ ta-
 men hoc ipsum percipiens, quòd contra se ipsum testantur, & contraria omnes
 ipsi ponūt, quemadmodum prius indicaui, iracundiam in corde, rationem in ce-
 rebro contineri credentes. Quòd autem & appetitoriam in iecore collocant, lice-
 bat mihi & hoc pluribus approbare testibus. Ne autem videar affectare, quod fu-
 20 gere adhortor, & tempus rebus inutilibus conterere, Homeri mētionem faciam,
 qui Tityum apud inferos pœnam subeuntem introducit, eo quòd Latonam ap-
 pellare de stupro aggressus sit.
 Necnon & Tityon terræ omnipotentis alumnum
 Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus
 25 Porrigitur, rostròque immanis vultur adunco
 Immortale iecur tondet, simul intima adedens
 Rimatur, nihil hic manibus se vindicat ergo:
 Nanque Iouis pulchram Latonam pellicem, vbi per
 Callichorum ad Pythum transiret, traxit amore.
 30 Non cor aut cerebrum, aut aliquam aliam particulam Tityj propter amatoriam
 cupiditatem contumeliam inferre ausi, sed iecur tantum arrodi finxit, contume-
 liæ causa, viscere ipsum puniri inquiens, quemadmodum erat consentaneum. Sic
 itaque & nunc factitare solent, qui famulos peccantes vlciscuntur: eorum sanè qui
 fugitiui sunt, crura vrentes, scarificantes, & ferientes: eorum qui furantur, manus,
 35 quemadmodum & gulosorum ventrem, & garrientium linguam: summam illas
 punientes particulas, quibus prauas obeunt actiones. At si aliam quandã cau-
 sam dicere quis eorum qui Chrysippi scripta laudant, possit, cur ita Chrysippus
 Tityũ puniri effinxerit, libenter audiuerò. Quod si non dicunt neque inueniunt,
 æquũ puto præ Hippocrate & Platone Homerũ laudare, sic opinantem, & testem
 40 etiam ipsum citare eorum quæ nos per demonstrationem cognouimus.

FINIS SEXTI LIBRI.

CLAVDII GALENI PER-

GAMENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS
PLACITIS LIBER SEPTIMVS,

IOANNE GVINTERIO ANDERNACO INTERPRETE.



Quid in hoc opere prolixior sim, non mea causa accidit, s
 quemadmodum & antea dixi, sed eorum qui falsis sermo-
 nibus quos de animæ principatu tradiderunt, complures
 libros repleuerint: quos nisi quis coarguat, sicuti ego per
 initia statuerã, neutiq̃ videretur verum valide demonstrasse.
 Sin autem reprehēdat, omnes deinceps aggressus, vt nullū 10
 prætermiserit, in prolixitatem non necessariam totū opus
 produceretur. Quoniam igitur primorum iam commē-
 tatorum disputationes nonnulli commendare non dubitarunt tanquam veras,
 quas Chrysippus & alij quidam de animæ principatu proposuerunt: visum mihi
 est, familiaribus, quibus potissimum gratificans hæc conscripsi, solutiones ipsarū 15
 apponere. Necessarium enim quū sit, aut prolixū esse in hoc opere, aut videri non
 demonstrasse perfectè quòd animal à tribus principijs gubernetur, malui eligere
 prolixitatem. Quinetiã finis ipse rei ostendet rectè nos elegisse, omnes questionū
 illarū sermones reprehendere. Neq; enim Stoicus adhuc philosophus, neq; Peri-
 pateticus, neq; medicus aliquis similiter audax vt prius dixi, erit. verū nōnulli etiã 20
 manifestò ad verū descuerunt sermonē. Medici quidem ex cerebro concedentes
 sensus motusq; facultatē, omnibus in animãte mēbris influere: philosophi autem
 ratiocinatricē animã inibi cōsistere. Reueriti enim sunt palã ex anatome reprehē-
 si alterã sumptionū ppositarū, qua vtētes falso collegerūt, apponētes ei quod apd
 omnes in confesso est, secundū quod dicūt, vbi neruorū principiū, ibi esse animæ 25
 principatū: quod & verū est. sed assumptio ex anatome inueniri desiderās, emētita
 autē ab illis qui ex corde neruos proficisci putāt, falsam merito totius disputatio-
 nis conclusionē effecit: & nonnulli qui non veritatē, sed quod ab initio statuerūt,
 amant, aggressi, sumptionem, quę omnibus prius in cōfesso erat, peruertere, ridi-
 culos plane se præbuerunt. nam ab ipsa rei qua de est quæstio, peculiari natura vel
 substantia, vel quomodocunque appellare voles, demonstrata est fidem habere, 30
 dum omnes & sentiant & dicant animæ principatū præesse & sensui & motui ar-
 bitrario. Indicatum etiam est quomodo idem sermo initijs quidē non insignibus
 solum satis habet, imo necscientificis sumptionibus vsus, quod ppiū est metho-
 di demonstratorię. Verū non modo disputationes de principatu animę institutas 35
 ab ipsis, coarguēdo, longiores facti sumus, sed & ea quę de affectibus animi Chry-
 sippus prodidit, partim in logicis cōmētarijs tribus, partim in medicatorio, simul
 ostendendo Chrysippum ipsum sibi dissentire. Item cōmemini quæ Posidonius
 cōscripserit, quibus antiquū sermonē laudat, reprehēdēs, quę Chrysippus perperã
 de animę affectibus, & virtutū differentia, memorię mandauit. Quemadmodum 40
 enim affectus ab anima tolluntur, si sola esset vis ratiocinatrix ipsius animæ, quū
 nulla neq; appetitoria, neq; irascibilis existeret: sic & virtutes præter prudentiã re-

liquæ omnes. verum si hic quoq; sermone persequatur aliquis, tum de anima, tū de virtutum differentijs, quatuor libris à Chrysippo explicatis disquirens, tū quæ alibi enarrauit ille vbi certas esse virtutes ostendit, Aristonis sermonem reprehēdens, nō vno aut duobus, sed tribus aut quatuor libris indigeret. Est etenim & hic
5 oratio vna breuis, scientifica, Chrysippum coarguens, qui neque vera profitetur, & superfluo prolixus est. Verum qui neque in methodo demonstratoria eruditi sunt, neque omnino cognoscunt qualis sit, soli verò magnitudini & copiæ librorum Chrysippi animum aduertunt, vera censent omnia existere. Siquidem plura ipsorum omnino vera sunt, & præsertim in illo libro in quo ostendit certas
10 esse virtutes. At quòd ei qui statuit virtutem esse in anima rationalem, & iudicatoriam nominatam, tollit autē appetitoriam & irascibilem, quemadmodū Chrysippus autumabat, repugnant hæc in præsentī libro cōprehensa, accusauerit quis ipsum merito. Quòd autē Aristonis lecta verè à præscriptis subuertatur, nulla eū accusatione dignum aliquis existimauerit. Putat enim vir ille virtutē, vna quū sit,
15 pluribus nominibus appellari, ratione dispositionis ad aliqd. Igitur Chrysippus multitudinē virtutū & vitiorū in dispositione ad aliquid factā ostēdit, sed in proprijs substantijs, secundū qualitates variatibus, vt veterū sententia volebat: quod & ipsum ferè peruertens Chrysippus, alijs dictionibus certas esse virtutes percēluit: item epichirematis non congruis ei qui vim tantum rationalem animæ statuerit,
20 affectibus obnoxia, patheticen vocāt, iustulerit. Quomodo igitur ego prolixitatis disputationū author sum, si cogar nūc ostēdere alterius sectæ epichirematis Chrysippū vtentē, Aristonis opinionē merito calumniari? Nā qui neq; nouerūt qualis res sit methodus demonstratoria, neq; exercitati sunt in ea, neq; veritatē in precio habent, hi iustius prolixitatis disputationū causam sustinent. Hi enim sunt qui ad
25 omnem semper demonstrationē ratiocinantur, & dolos indecentes moliuntur, vt tota oratio imperfecta esse videatur: Quandoquidem & nunc quū libri iā pridē conscripti sint, annisq; multis à viris optimis, tū Peripateticis, tū Stoicis inuestigati, repente aliquis Peripateticorū apparuerit, qui membranas à corde proficiscentes in cerebrū & meningas sursum tēdētes dicitet, à quibus animalis virtus
30 dispensatur. Atque hæc dicere aggreditur homo, qui neutiq; anatomen attigerit. At quia nobis indicatum est etiā superius, cerebrū neruis facultates transmittere, quali fons quidā sit ipsum, nō ex corde, quēadmodū nōnulli, per ipsos quos dixerūt neruos, assumens: vt autē alij, per arterias carotidas: coacti sumus nos iterum ostendere, neque membranas omnino ex corde ad caput efferri, etsi nōnulli cer-
35 uicis membranas ex corde non esse dicant, dū præcidunt exciduntq; ipsas animalī illeō. nā membranę tegimenta sunt, in quacūque particula fuerint, nullam actionem ac vsum habentes, qualem arteriæ, nerui, & venę. Quemadmodū igitur in his prolixitas disputationum in me referēda non est, sed in eos qui neq; in methodo demonstratoria exercitati sunt, neque veritatē amāt: ita & in virtutū multitudine
40 disputatio quidē scientifica, minima. qui autē inciticia & cōtentione aggrediūtur aliquid, permulti. Proinde quæ oratio sciētifica est: nimirū quæ ab ipsa rerū natura proficiscit, vt in opere de demōstrationibus ostēsum est. Cōuenit enim auspicari à virtutis notione: diuerti autem inde ad substantiæ inuentionem, inspiciēdo nū vna animæ virtutis, an plures sint substantiæ secundū significatum communissi-
45 mum, vt in libris de demonstratione tractatum est, vbi nos substantiæ nomen ac-

cipimus, quod est Græcis veluti ὑπερξία, vt inquit, optima absolutissimâq; cuiusq; naturæ perfectio. Verum si huiusmodi quædam res est virtus, vna in singulis erit rebus. Si enim præstantissimum vnum, & perfectio est, in rationali quidem animæ parte, scientiam necessariū esse virtutem: & si vna hæc est iola in animis nostris ratiocinandi facultas, non oportet multas querere virtutes. Quod si iracundiam, necessarium erit & illius fieri virtutē. Ita verò si & tertia alia præter hæc sit appetitoria, deinceps sanè hæc tres erūt. porro alia ex mutua ipsorū dispositione quarta efficitur. Itaque disputatio nequaquam prolixa est, quemadmodum neq; alia vlla scientifica: verum prolixè dicere nos cogunt, qui prolixè garrunt: sicuti sanè & nunc necessarium est, si non omnino diu, certe mediocriter de animæ virtutibus differere. Nam si, vt prius ostensum est, alia vis ratiocinatrix, alia appetitoria existit, alia irascibilis, vna quædam in singulis ipsis virtus erit. Vocato igitur si libet eam quæ in ratiocinatrice est, sapientiam, aut prudentiã, aut scientiam, vel quodcunque aliud tibi videbitur: eam quæ in irascibili rursus habetur, virilitatem, vel quodcunque aliud volueris. Non enim mihi nomina curæ sunt: sed quòd vnam ipsam esse necessarium sit, nuncupato si libet virtutem in reliqua appetitoria nascentem, temperantiam: sed nos rursus inspiciamus quomodo Aristoteles & Plato in ea dissenserint, quæ sanè discordia haud ita magna est. At quoniam singulæ particulæ totius animæ secundum suam ipsarum dignitatem pulchritudinem obtinent, totam animam merito dixeris iustam. Proinde in partibus ipsius irrationalibus dispositiones quædã sunt & facultates virtutes ipsæ: in rationali aut nõ dispositio solū aut facultas est, sed etiam scientia, aut virtus. Sola enim hæc animæ pars scientiæ compos est, aliæ aut, facultates sanè qualdã & dispositiones meliores peioresque comparare possunt: scientiæ autem fieri participes nequaquam, ne vel ad rationem vsq;. Verum igitur tam exiguum est: magna autem reprehensio subsequen-
 tium errorū, quanuis nec ipsa prolixa sit viro qui naturæ peritus est. Arbitratus igitur Ariston vnam esse animæ facultatem qua ratiocinamur, etiam virtutem animæ vnam ponebat, scientiam bonorum & malorum. Quum igitur diligere oporteat bona, & vitare mala: hanc scientiam vocat temperantiam: quum autem agere bona, non agere mala oportet, prudentiam: virilitatem autem, quum alia audaciter aggreditur quis, alia fugit. Quum autem secundum dignitatē unicuique distribuit, iustitiam: summam cognoscens quidem anima, non autē agens bona & mala, sapientia est, & scientia. At vbi ad actiones vitæ peruenit, nomina plura sumit prædicta: prudentia, temperantia, & iustitia, virilitasque. Huiusmodi sanè Aristonis opinio est de animæ virtutibus. At Chrysippus haud noui quomodo contradicere conatur viro, qui communē ad ipsum hypothesis exacte tuetur. Pulchre enim omnia quum scimus facimusque nos, vita gubernatur secundum scientiã. At si male & falso tum cognoscamus, tum agamus, secundum ignorantiam, vt ipse Chrysippus vult: & propterea vna virtus fiet scientia, vna etiam similiter malitia nuncupata: atque hæc nonnunquam inscitia, quæ Græcis dicitur ἀνεπισήμοσυνη. Si igitur quis mortem, aut paupertatem, aut morbum, tanquam mala veritus sit, quum oporteret audaci esse animo, tanquam ob indifferentiã, inopię quidē sciētīę id attribuūt: ignorētque veritatem, vt Ariston & Chrysippus dixerit, malitiam autem habeat animæ, quã vocāt timiditatem, quibus contrariã virtutem ipsi esse affirmāt virilitatē, quum sit sciētia eorū quibus oportet cōfidere, aut nõ cōfidere, hoc est bonorū

& malorum quæ reuera huiusmodi sunt, non falsa opinione existimata, qualis
 est sanitas, diuitiæ, morbus, paupertas. horum enim nullum, neque bonum, neque
 malum esse pronunciant, sed indifferentia omnia. atque igitur si iuaue ratus quis
 bonum, molestum autem malum, sequens opinionem hanc, hoc deligat, illud fu-
 5 giat, ad iustitiam pertinet, qua ignoratur boni substantia, ideóque lalcuius est. Si-
 quidem in omnibus functionibus, si euidens bonum deligamus, euidens malum
 vitemus, habeamusque natura impetus hos ad vtrúque, philosophia quæ verè bo-
 num malumque docet, à peccatis immunes reddit. At Chrysippus haud scio quo-
 modo, idiotarum instar, orationum differentiæ vocum, non ipsis, quæ insunt rebus
 10 animū attendit, diuersum quippiã putã significari in singulis, his dictionibus de-
 ligendum, faciendum, bonum, & cui confidendū. Est aut nō aliud, sed in omnibus
 idem quod ex dictione, bonū, significatur id enim solum est, quod aliquis eligat,
 aut faciat, aut cui fidat, quemadmodum malū quod neque eligat, neque faciat, neque
 cui fidat. Vt enim qui dicit nos habere oculos, non aliud quid habere nos dicit, quā
 15 luminaria, aut lumina, quemadmodū neque ab his digressus nominibus, habere nos
 dicat particulam luminariam, aut particulã visoriã, aut instrumentum visoriū:
 ita qui dicit habere nos scientiã bonorū, malorumque, non diuersum quid dicit
 ab eo qui pronunciat scientiam eligibilem, & non eligibilem, aut faciendorū, &
 non faciendorū, aut quibus fidendum, & non confidendū: quippe his dictionibus
 20 bonū malumque explicat, etiã authore Chrysippo. siquidē bonū ipsum solū est eli-
 gendum, faciendum, & ei fidendū. Quare bonorū scientia, quæ in diuersis materijs
 aut actionibus administrat, nomina plurima sumit, vnūquodque ratione ad aliquid
 in materia aut actione subsistēs. Quẽadmodū igit de partibus animę nostrę dispu-
 tationē Plato vno sermone exiguo scientifico cōplexus est, in quarto de republica
 25 libro, sic etiã de virtutibus ipsius deiceps breuiter docuit. At in Lachete ascripsit,
 ” Si quis scientias esse virtutes existimet, non multę erunt vtique, sed & vna bonorū
 ” malorumque cognitio. Nō igitur neque Plato, neque ego prolixitatis author sum, quẽ-
 admodū neque Aristō, sed qui lōgos producit sermones, ex sumptionibus incipiē-
 tes, vel dialecticis solū, nō tamē scientificis, vel neque eiusmodi, sed vel rhetoricis,
 30 vel sophisticis. Ostendi autē hoc in secundo huius operis commentario, indicans
 sumptionum differentiam, quod non propositę est speculationis. Sic igitur & in
 libris de virtutū differentia Chrysippus recedere à sciētificis, & demonstratorijs sum-
 ptionibus in reliquis tribus generibus deprehēdit, vt in eo quod sint certę virtutes,
 sciētificas magis attingit, quę omnino Aristonis opinionē euertūt, nō tñ proprię
 35 hypothesi cōueniūt. Itaque illorū causa quæ ob lōgitudinē præsentis operis indignat,
 alibi separatim de virtutū differentia rursus sermonē instituere decreui. Impresen-
 tiarū verò propter studiosos, qui me reliqua præsentibus adijcere compellunt, ad
 ea quæ iam dictis proxima sunt, deueniã. Siquidē ostensum est quomodo nati ani-
 malis dispensatio à tribus obeatur principijs: vno in capite collocato, cuius opera
 40 per se quidē imaginatio, memoria, cogitatio, cōsideratiōque: ratione aut ad aliqd,
 sensum partibus animalis sensilibus impartiri, motūque his quę mouetur, arbitra-
 rium: altero autem in corde consistente, cuius opera per se robur est animi, & fir-
 mitas in ijs quęcūque ratio iusserit & stabilitas: secundum affectū autē, veluti feruor
 natiui caloris, anima tunc eum qui iniuriã inferre visus est, punire desiderante: ac
 45 vocatur huiusmodi iracundia, ratione ad aliquid caloris initium, particularum

in particulis arterijsque motus pulsatilis . Reliquæ autem virtutis in iocinore collocatæ opera sunt nutritioni dicata omnia in animante , quorum maxima pars tum nobis tum omnibus sanguineis animantibus inest, sanguinis generatio. Eiusdem autem huius virtutis etiam suauium fruitio est, qua vehementius quàm par est mota, intemperantiam libidinè que efficit . Itaque demonstratio neruorum principium esse in capite indicans, statim habet & partem ipsius simul indicatam. nam quum duæ sint orationis sumptiones: vna, secundum eius quod proponitur notionem, vel substantiam, vel naturam, vel quomodocunque voles nominare: altera quæ ex anatome apparet: hac euidenti exactè cognita, simul cognoscitur capitis pars, vnde neruorum est principium, non membranæ, quæ meninges dicuntur, sed cerebrū. Singuli enim nerui prouenientes, substantia triplices sunt: mediū quidem ipsorum per profundum fertur, quod proportionè respondet arborum medullæ, initium generationis ex cerebro obtinens. Comprehenditur autem circulatim primo tenuis mēbranę processu, secūdo crassioris. Ac Erasistratus longius exteriorem nerui partem solā videns, quæ à crassiore membrana proficiscitur, ab illa totum neruum procedere autumabat. Ac plurimi huius libri pleni sunt, quibus dicat neruos à membrana cerebrum ambiente proficisci . At quū senex esset iā, & vacaret solis artis speculationibus, exactiores moliebatur confectiones. Nouerat etiam veluti medullam neruorum à cerebro profectam. Habent autē eius verba hūc in modum. Speculabamur autem & naturam cerebri: ac erat sanè cerebrū bipartitum, quemadmodum & reliquorum animalium: & ventriculū iuxta longitudinem situm habebat, qui perforatus erat in vnum iuxta partium commissurā. Ex hac autem tendebat ad dictum supercraneum , illicque alter erat minor ventriculus, obseptus autem membranis vnaqueque pars . nam supercraneum interseptum est ipsum per se , & cerebrum simile est intestino ieiuno , & vehementer implicitum. Multo adhuc magis hoc, supercraneum, plerisque amfractibus & diuersis constructum est: vt hinc liceat condiscere spectatorem, quod sicuti in reliquis animalibus, ceruo, lepore, & si quod aliud in currendo multum reliqua animalia superat, vtilibus ad hæc bene constructis, tum musculis, tum neruis, sic etiā homini, quoniā reliquis animantibus multū intelligēdo præcellit, vehementer hoc est implicitū. Erant autem & processus neruorū omnes à cerebro: ac vt summatim dicam, cerebrum initiū esse apparet eorū qui in corpore sunt nerui . nam sensus qui à naribus prouenit, ad hoc respondet foramine, itē ab auribus venientes. Ferebātur etiā ad linguā & ad oculos processus à cerebro . Hic Erasistratus fatetur quod prius ipsi erat incognitum, manifestò tūc vidisse neruos singulos ex cerebro procedentes. Exactè etiā de quatuor ipsius ventriculis scripsit, quos ne ipse quidē anno priore viderat. At si in viuētib; etiam animantibus experimentū fecisset, quod nos non semel neque bis, sed admodū frequenter fecimus, firmam habuisset duræ & crassæ membranæ cognitionem, cerebri contegendi gratia procreate, mollis autem & tenuis, etiā huius ipsius gratia: præterea quomodo omnia cerebri vasa arteriæ & venę colligantur . Porro quęnam spectanda in confectionibus ad huiusmodi dogmatū inuentionē, putē, vberius in administrationibus anatomicis explicatur . Meminero etiā nūc ipsorū quantū ad præsentia potissimū conducat. Exciso capitis ossē viuēte adhuc animali, & crassiore mēbrana denudata, si vtrobiq; medio rectitudinis, quā cerebro hæc plexu duplici incūbit, per hamulos ipsam

Capitis Partis

eleuatã, aut solam incideris, aut totam excideris, neque insensibile, neque immobili animal euadit: quemadmodum neque si obtegentem ipsius partẽ, totum posterius cerebrum, aut totum incideris, aut excindas: non tamen etsi cerebrum ab ipsis quomodocũq; excindas, sic quoq; animans motus aut sensus expers redditur, priusquam ad aliquem ventriculum ipsius sectio perueniat. Maxime igitur posterior ventriculus animal offendit, deinde medius: vterq; autem prior minorem offensam perficit, ac magis sanè in animalibus ætate prouectioribus, minus autem in iunioribus. Sectionibus ventriculorum similia contusiones efficiunt, quas non de industria nostra, sed etiam nobis admodum cauentibus, videmus nonnunquam fieri in ijs qui perforantur, quum ossa capitis fracta fuerint. Ex his igitur apparitionibus forsitan aliquis considerauerit spiritum in ventriculis cerebri contentum, duorum alterum, si quidem anima est incorporea, primum ipsius, vt ita dicam, domicilium existere: sin autem corpus, hunc ipsum spiritum animam esse. Verum quum coniunctis ventriculis paulo post rursus sentiat, moueatũq; anima, non amplius licet dicere, prædicta, hunc esse spiritum. Præstat igitur existimare in ipso corpore cerebri animam habitare, cuiuscunque tandem sit substantiæ, (nondum enim de hoc venit consideratio) primum autem ipsius organum, tum ad vniuersos animantis sensus, tum etiam ad motus arbitrarios hunc esse spiritum. Quare & euacuatus vsq; dum rursus recolligatur, vita non priuat animal, sed sensus motusq; reddit expers. Atqui si is esset animæ substantia, simul cum eo vbi euacuatur, animal protinus periret. Merito igitur generatur hic spiritus in cerebri ventriculo, ac ideo illuc desinit arteriarum venarumq; copia non exigua, ex qua plexus choroideus, vt vocat, efformati sunt. instrumentum verò, vt dixi, est primum ipsum animæ. Præterea magis speraueris spiritum hunc fieri, vasis ipsum respirantibus, & præsertim arterijs, quum in cerebri ventriculos plexum reticularem ex arterijs in caput venientibus fieri contuearis, quando primum supergressæ caluariam intrò conduntur iuxta cerebri basim. Ibi enim non exiguam regionem natura veluti thalamum quædam reticulari huic plexui præparauit, qui à crassiore membrana cõtinetur, in quam regionem ab arterijs carotidibus appellatis haud parua quædam portio peruenit, vtrobiq; singula vasa, deinde multifariam propagatæ, non simplex efficiunt rete, sed multa sibi inuicem superposita, eaque commissa, conatæque omnia. Ac rursus in plexum hunc tanto pari arteriarum enascente, quantum ab initio erat, id quod à carotidibus venit, in cerebrum effertur, tum alias partes multis ipsius ramis implicans, tum illas quæ ventriculorum plexus efficiunt. Itaque arteriarum spiritus vitalis est, & appellatur: animalis autem in cerebro, non tanquam animæ substantia sit, sed si qua organum primum ipsius in cerebro habitantis, qualiscunque sit substantiæ. Quemadmodum autem vitalis spiritus in arterijs & corde generatur, materiam generationis habens ex inspiratione, & humorum vapore: ita animalis ex vitali elaboratiore habet originem. Conueniebat enim nimirum omnium maxime huc accuratam mutationem cõsequi. Si igitur & semen & lac, quanuis virtute ab animali spiritu absint, tamen natura exacte ea elaborare desiderans, fecit vt ea diutius in cõcoctorijs instrumentis immorarentur, ac propterea semini circumuolutionem, amfractumque ante testiculos præparauit, lacti verò longitudinem vasorum ad mammas tendentium: merito etiam in cerebro ex vitali spiritu animalem efficiens, veluti labyrinthum

quendam varium, plexú reticularem prope cerebrú fabricata est. Atq; hoc ipsum
 structura particularum indicáte docti sumus. Quòd auté animalis spiritus, neq;
 substántia animæ sit, neq; domicilium ipsius, sed instrumentú primarium, inde, q;
 ipso per vulnera euacuato, statim veluti mortuú animal redditur: recollecto auté
 reuiuiscit: ac omnia summatim quæ dicta sunt, dicentúrq;, partim ex particularú
 structura, partim ex symptomatis superuenientibus ob sectiones aut cõpressio-
 nes, inuentionem obtinent. Statim siquidem cerebri meatuú alij per infundibulú
^{χόρυξ} Græci vocant, in palatum descendunt: alij in narium initium desinunt: alij in
 visorijis neruis apparent. Et aliquis alius in gustu inserit se primæ spinalis medullæ
 origini, qua parte potissimú crassiore membrana vulnerata, totus meatus nudus
 redditur vnà cum extremo posterioris cerebri sinus: quod maxime Erasistrato im-
 posuit, qui putauerit per cerebri membranæ vulnus statim immobile reddi ani-
 mal. videbat enim in bubus qui prima vertebra quæ vulneratur, simul atq; mem-
 brana cerebri diuisa fuerit, immobile protinus animal fieri. Verum nõ membra-
 næ affectu, sed quia posterior ventriculus nudatur, id accidit. Constat autem inde
 quòd in omnibus alijs partibus membrana vulnerata nihil huiusmodi efficiat.
 Itaq; de tota cerebri natura in alijs operibus tractatur: quæ ex cõsectione apparèt
 in administrationibus anatomicis. vsus structuræ cuiusq; membri in opere de vsu
 particularum expositus. Non pauca etiam in commentarijs de Hippocratis ana-
 tome tractantur. In præsentiarú ea solum quæ instituta sunt, persequor. etenim
 neruorum ex cerebro prodeuntium, & membranarú id ambientium per cerebri
 quidè processum, & sensus omnibus membris, & motus suppeditatur. Quæ auté
 vtriusq; membranæ propago est, eundè neruis vsum præbet, quæ cerebro illæ exhi-
 bebant. quare si ambo exemeris, nihil leditur particula in quam neruus pertinet:
 quemadmodú neq; si ipsi exteriores membranas abstuleris. nihil enim ne ob has
 quidem animal offenditur, in præsentia quidè tempore: processu autem eiusdem
 postea si ex consortio periculum sequitur, nihil horum est respectu eius quod
 quæritur. Vtrum igitur quemadmodú in ventriculis cerebri spiritu inanito, totú
 animal sensus expers euasit, & propterea dicimus eú esse vtilem, tū ad particularú
 sensus, tū ad motus, ita existimádum est etiã in singulis neruis spiritú esse aliquè
 ac vtrú intestinus aliquis & cognatus ipsis esse hic, qui mittit ab eo qui à princi-
 pio venit tanq̃ núcio quodã, an cognatus quidè sit ipsis nullus, sed ex cerebro in-
 fluit eo tẽpore, quo mouere partè volumus, ego sanè nõ possum propte pronúcia-
 re. Proponatur auté ex æquo cõsiderãda, & hæc ambo modo cõmemorata, & præ-
 terea tertiũ, secúdu qualitã cõtiguorú inalteratio: quod obscure mihi videtur si-
 gnificare, qui secúdu virtutè influere quẽdã sine substántia affirmant. Nã secúdu
 inalterationẽ in cõtigua corpora qualitã distributiones, virtutis influxus ab ipsis
 dicuntur: quẽadmodú quum in ambiente aère ex solari splẽdore profecta quẽdã
 qualitas, in omnẽ ipsius partè distributio peruenit, ipsa sola substántia in loco per-
 manẽte. Ostensum enim hoc nobis est in opere de demõstratione. Non igitur li-
 cet in procinctu pronúciare, vtrum sic virtus ex cerebro membris per neruos in-
 fluit, aut spiritus substántia, vsq; ad sensibiles mobilẽsque particulas proficiscente,
 aut aliquousq; neruis incidente, vt vehementer ipsos alteret, deinde sic alteratione
 vsq; ad membra mobilia distributa. Huiusmodi etiam quippiam in sensu visorio
 fieri, in libris de demõstratione indicatum est. Quod enim in illis neruis splen-

didus fertur spiritus foramina manifesta habentibus, tū in superiori initio, tū quā in oculos inleruntur, in grandium animalium confectionibus est conspiceri. Inferiorem itaq; partem, & iuxta oculos sitam plurimi dissecutores cognouerūt. Superius autem initium horum neruorum propè omnibus ipsis ignoratū est, quā priores ventriculi in obliquum distorquentur. Quum enim, vterque ipsorum arctum prolixūmq; inferiorem finem habeat, ibi narium meatuum radix habetur. Superius autem extremū quod ad medium pertingit ventriculū, dilatescens cōuersum quodāmodo inde in obliquū porrigitur, paulatim ad infernā regionē & basim tendens. non tamen ad illam perueniunt, sed paulo post in angustum redacti desinunt cornus instar non admodum cito, sed paulatim auersi. Itaq; ad hoc ventriculorum extremum emergit visoriorum neruorum principium, foramen vix visibile obtinēs. Spectabis autem ipsum, hęc tria cōsiderans: vnū, vt magnum sit animal: secundum, vt statim post mortem incidatur: & tertium, vt ambiens aër sit lucidus. Si enim ob hęc sic præparata nudaueris, commode extremo ventriculo ablato, omnia quæ ei incumbūt corpora, sic vt nō diuellas cōprimāque nerui processum, videbis iuxta initium ipsius foramen. Quod igitur spiritus aliquis per meatus hos ad oculos defertur, & structura te docet, & præterea quod vno ipsorum clauso, alterius pupilla dilatescit: aperto autem, statim rursus in naturalem magnitudinem reuertitur. Nam quod cū tunica acini speciem referens, à substantia quadam distenditur, dū repletur interior ipsius regio, necessarium est pupillæ foramen dilatescere, & alioquin fieri nequit. Item quod inanitionis repletionisq; celeritas non humoris cuiusdā influentis, sed solius spiritualis opus est substantiæ, haud negotiosum est cōtueri. Quoniam verò in idem vtriq; meatus perueniunt (etenim & hoc euidenter apparet in confectionibus) verisimile est communem regionē, ex vtrisq; meatibus spiritū recipiētem, dū alter oculus clauditur totum ipsum alteri transmittere. Porrò maximum huius rei testimonium est & quod suffusorum, quibus sanè si foramen dilatetur, clauso altero oculo virtus adhuc visoria seruetur incolumis: quibus autem si hoc nō eueniat, omnino perierit, ac propterea etsi probe suffusio curata fuerit, ipsi non vident. Alijs verò quibusdā accidit, vt non videant, vel citra suffusionem. in quibus si alterius palpebra clausa fuerit, pupilla æqualem priori circulum habere videtur, tanquam non amplius spiritualis substantia in oculum perueniente: vnde distenditur repleta intrinsecus tunica, acini specie ragoides dicta. Merito igitur in his visoriorum neruorum meatus obstructi esse, à multis præclaris medicis dicuntur: ac noui quēdam ita affectum recensuisse nobis, quod priusquam pateretur, per somnium apertis palpebris lumen copiosum ante oculos videbat, quod deniq; & mihi, & multis alijs inest. Paulatim autem dicebat decreuisse lumen ipsius, vsq; dum nihil omnino appareret amplius, & visorium sensum obscurari similiter, ita vt in totum interiret. Porrò leonibus & pardalis alijsq; animalibus, quibus splēdidus admodum est oculus, licet tibi noctu spectare, quum pupillam ad nares conuerterint, circulū splendoris in ipsa apparentem, vt colligas tantum à pupilla interim visorium turbiditatem increuisse, quantus fuerit iuxta interualli proportionem ipsius circulus. Et enim qui hunc natura maiorem habent, in ijs etiam splēdoris circulus maior apparet: ijs qui minorem, tanto ad portionem minor, quanto etiam ille. Vtrum igitur quemadmodum ad oculos spiritus aliquis per neruos visorios peruenit, ita

Nonij infirij

etiam in alijs omnibus habet, ac quædam via est in singulis inuisibilis propter paruitatem: an hoc esse non potest in fibris neruorum tenuissimis. Oportebit enim nos considerare corpus aliquod nerui etiam araneis tenuius meatui orbiculi latim circumdatum. quapropter ipsum diuelletur celerrime, & meatus obstruetur, quacumque ferè occasione: ideo sanè arbitror non omnibus neruis inesse meatus. Forsan igitur dicet aliquis, si omnino vnus neruus membris inferioribus facultates à principio potest perferre sinus expers, poterunt & omnes. Cur igitur & meatus iuxta spinalem medullam processum ita sensibilis est, ut in visorijis neruis, an per continuitate virtutum distributio redditur imbecillis, & præsertim quum vel maius, vel durius sit quod recipit, aut vehementiorem alterationem desiderat. Si autem tenuior substantia aliquatenus incidat cum violentia & ictu, augebitur alteratio. Dicitur enim est quod hoc sanè, quod ab omnibus vocatur distributio virtutis, alterationis sit impartitio: qualis etiam in aëre ante solarem splendorem accidit. sic utique consentaneum est etiam spiritum qui in oculos proficiscitur, primo illa lapsu vniri cum ambiente, & simul ipsum in suam ipsius naturam inalterare, non tamen plurimum extendi: præsertim autem credet hoc aliquis fieri, doctus quomodo consentaneum sit nos videre. Porrò initium etiam huius sermonis tale est, Corpus videns è duobus alterum efficit, aut mittens de se aliquid ad nos, cum illo etiam propriam indicat directionem: aut si ipsum nihil mittit, expectat aliquam à nobis ad se venire facultatem sensoriam. Vtrum igitur ipsorum sit verius, hoc potissimum modo iudicabitur. Per pupillæ vulnus videmus: quod si expectasset portionem aliquam, aut facultatem, aut imaginem, aut qualitatem corporum extrinsecus subiectorum ad se proficisci, non eius quod videtur, magnitudinem cognouissemus, ceu terminos verbi gratia maximi. Tanta enim imago ab eo oculis nostris incidisset, quanta ipsa est: quod omnino ratione caret. simul & vna temporis occasione ad singulos videntes, etiam si mille fuerint, perueniri, & visorio non licere tantum fluorem quum extenditur accipere, ut toti corpori quod videtur, circumfundatur. Hoc enim simile est Stoicorum fluori toti mari temperato. Relinquitur itaque adhuc ambientem aërem tale nobis instrumentum fieri, quo tempore videmus, quale in corpore neruus perpetuo existit. Eiusmodi enim quippiam accidere videtur ambienti nos aëri à spiritu, quum excidit, cuiusmodi etiam à solis splendore. Ille siquidem supernum ipsius extremum attingens, in totam se virtutem communicat, & visus per neruos visorios apparens, substantiam habet spiritalem. At incidens ambienti, & primo incursum alterationem efficiens, tradit ei, quod longissime continuum est, scilicet ambiens corpus, ut in momento temporis alterationem in totum ipsum transmittat. Euidenter enim huiusmodi apparet in solis virtute. nam posito quodam solido corpore, in medio subsequenti aëris statim videmus splendorem perire, ceu in mutatione lucidum euadentem, non in mutatio permanentem. Firmum enim esset lumen in se diu, etiam si id quod illuminat, fuerit ablatum. Ita verò & neruo secto, quantum sectio à continuitate cerebri separauerit, tantum is insensibilis statim redditur. Apparet itaque similis aliquis affectus vtriusque accidere, & neruo, & ambienti aëri, secundum suam naturam similitudinem quandam habentibus, qui ei quod mutat, etiam assimilantur exacte, ceu continuas: & pati semper desiderant, quemadmodum ambiens nos aër quum illuminatur, manifestò ipsius calor diu permanet, etiam si id quod calefacit, separatum sit: simili-

ter & refrigeratio, dum non amplius est quod refrigerat. Splendor autem statim cum eo quod illuminat, discedit. Apparet etiam in arterijs eadem natura, uti in neruis: & hæ dissectæ, interceptæque funiculo, non pulsant, destitutæ, non ut Erasistratus putat, eo quod à corde mittitur. Nam ostendimus hoc alibi fieri non posse, ostendeturque etiam nunc in subsequētibus, ne quicquam sermoni desit. Verum quia tunicæ ipsarum continuæ cordis corpori sunt, ab illo influentem vim semper obtinent. Commune igitur omnium est sensus facultatum quæ à cerebro originē ducunt, per neruos usque ad propria instrumenta differri. Item quod neruus substantia cerebro respondet, nisi quantum propter patiēdi difficultatem, statim in hoc ipso cōdensatus est, tantū à cerebri natura recessit. Quantum verò cōdensatus obduruit, statim etiā propter id ipsum, cōtinuum illius præsidium requirit. nam si talis maneret, quale est cerebrum, non desideraret ab illo auxiliū. Etenim substantiarum proprietates peculiare sibi habent, & facultatum proprietates. Quantum igitur singuli nerui sensorij proprie dicti à cerebri natura recesserunt, tantum etiam ab ipsius facultate. Vocantur autem proprie sensorij nerui qui instrumentis sensorijs immittuntur, molliores alijs qui particulas mouent. Prouide etiam hoc natura fabricata. Quoniam enim sensus nō sine dispositione quadam nerui, motus autem in faciendo solo actionem obtinet, merito sensorius mollior, durior autem motorius neruus factus est. Iam motorij omnes sensus tactus participes sunt, quoniam huius sensibilitas crassiorum est partiū. E contrario visorius neruus, non solum quoniam sensibili foramine peruius est, excellentiam facultatis indicat, sed etiam mollitie & magnitudine, & quod immergatur rursus in oculis, cerebrūque per omnia respondeat. Idem verò neruus totus intra cerebrum & oculum consistit: interiorē ipsius partem molliorem habet: externam duriolem: opifice vtrunque machinato, tum ut inter ambulandum tutus esset, tum ut cerebri naturam quatenus licet conseruaret. Merito igitur omnium neruorum, non solum ex cerebro procedentium, sed etiam eorum qui ex spinali medulla exoriuntur, maximus effectus est, visus. quippe eximia conueniebat ipsi præter alia adesse, tū ut foraminibus per imū pateat, tū ut mollis sit inibi, durus autem extrinsecus, & per ipsum multa ex cerebro spiritalis substantia in oculorū regiones perueniat. Itaque foramē omnino substantia quadā solida contineri oportebat, quæ nisi crassesceret, neruus non gigneretur. Crassities ipsius duplicē habet speciē: qui mollis intus, extrinsecus durus generatus est. Quod verò & oculū nō exiguæ cerebri substantiæ participem esse conueniebat, credideris manifestò, ubi ipsum dissectueris. Inuenies enim sub tunicis intus humores orbiculares duplices, alium ita mollem, cuiusmodi est vitrum mediocriter solutum: alium ita durum, cuiusmodi est glacies modice concreta. Nominatur autem à medicis mollior, Hyaloides, durior Crystalloides, à vitri & crystallo similitudine, quibus non solum substantia, sed etiam coloribus respondent. Siquidem exacte purus est, pellucidus, & splendidus. Prius igitur meatum ex cerebro in vtrunque ipsorum descendentem Hyaloides excipit, post ipsum Crystalloides, similis paulatim orbi dilatato. Quapropter meatus ipse vnā cum neruo ambiente exteriorē permeans tunicam, in oculo ambo hæc patitur. quæ primum in regionem ipsius excidit, illic sanè spiritus humoribus miscetur, ut substantia ipsorum rota fiat sensibilis. Porro amplectitur rursus soluta dilatataque; nerui substantia vitreū humorem

sensorij nerui fuit

ingrediens, iuxta extremum ipsius maximum Crystalloidis circulum. Quapropter tibi figura videbitur nerui dilatati, similis telæ aranei euasisse. quod etiã corpus hoc tunicam appellant amphiblastroidem. q̄ si toto eo adempto coneris omnem simul particulam coaceruare, cerebrum tibi apparebit: ac si ostenderis alicui non speculato vnde collectũ sit, dicet partem esse cerebri corpus quod ostenditur, ac fidem non adhibebit, in oculis ipsũ contineri. Tanta sanè excellentia structuræ oculus præter alia sensuum instrumenta vsus est: ac mirabile nihil, quãta ipsius pars prima sensilis exactior est & subtilior quàm aliæ, tanto etiam magis quàm illæ cerebri naturæ esse participem. Neq; enim ipsam amplius cerebri substantiam in vlllo alio instrumento inuenias, neq; in ventriculis, vt in ipso spiritus animalis copiam permultam. Merito autem dixi, sic constructus est, instrumento vti desiderans aëre circumfluo. Fit autem tale ei instrumentum ad propriam sensilium dignotionem, cuiusmodi cerebro neruus est. Quocirca quam habet rationem cerebrum cum neruo, talem oculus habet cum aëre. At propriũ visus sensorium, quod & primum ipsius sensorium nominauĩ, colorum genus est. Illud enim primum & per se, & sola inter alia sentit: quemadmodum gustus humores. At coloratum corpus simul cum eo cognoscit, quemadmodũ gustus, quod humores obtinet. Verum gustus similiter alijs sensibus ad animantis corpus sensile proficisci expectat. Visus per medium aërem ad coloratum extenditur, vnde ipse solus, vnã cum colore eius quod videtur, cognoscit & magnitudinem ipsius, & figuram, quum ne hoc quidem alius sensus possit percipere, nisi per accidens nonnunquam tactus. Itaque disputatio in quinto de demonstratione eatenus producta est. At visu præter alia licet & situm & interuallum pariter corporis colorati dignoscere, quum nullum aliorum sentire queat. Porro qui aggrediuntur & olfactu & auditu situm corporis quod vaporem emittit, aut ferientis aërem dignoscere, quomodo errent, nõ est huius loci dicere. Quippe fusissime de omnibus quæ ex duobus sensibus apparent, in quinto de demonstratione expositum est, quemadmodum diximus: in quo opere exercitatus aliquis promptius assequetur ea quæ nunc dicuntur. Nam in illis ostensa sunt omnia quæ testentur corpus visibile quocunq; sit loco, videri: id quod euidenter etiam apparet ex ipso sensu. vnde neq; geometrici cũ demonstratione, sed per se tanquã euidens ipsum ponunt, quanquam eius quod secundum rectas nos videmus lineas, aut quod visus vbi exacte læui cuiuspiam & lucenti inciderit, secundũ æqualem reflectatur angulum cui occurrerit, demonstrationes nonnullæ feruntur. Si igitur visus solus ex alijs sensibus percipit sensorium quod ipsum mouet per medium aërem, non ceu baculũ quendam, sed particulam consimilem specie & cognatam ipsi, ac soli hoc ipsi eximium datum est, simul quod per reflexum videt, merito opus habuit spiritu desuper influente pellucido, qui ambienti aëri incidens, & veluti cõuerberas ipsum sibi assimilabit. Necessario igitur dicetur, visus instrumentũ esse pellucidũ splendidũq;: auditus aëreum: olfactus vaporosum: gustus liquidum: tactus terrestre. Neq; enim aliter liceret habere ea, vt quæ alteratione ex similibus requirant. Atq; hoc vtique erat quod Empedocles his versibus voluit significare:

Terram equidem terra, sed aquam spectamus aqua, ignem
 Conspicuum igne, sed aëra cernimus aëre clarum.
 Percipimus enim reuera sensorio magis terrestri, qui est tactus, terrestrem in

orty finta cerebro filis

sensibilibus naturam, lucidissimo visus, lucidam, quemadmodum & aërio auditus
 sensorio, priorum aëris affectuum dignotio absoluitur. Quinetiam humido
 gustatus sensorio, & natura spongioso, humores à nobis percipiuntur. Reliquum
 est olfactus instrumentum, non in narium meatibus, ut multi arbitrantur, sed in
 5 priorum cerebri ventriculorum extremis, in quæ narium meatus emergunt. Si
 quidem in hac particula vaporosissimos ipsius sinus esse contigit. Porro scriptus
 est, si quis cupiat, etiam de hoc liber vnus à nobis, cui titulum indidi, De olfactus
 instrumento. Quintum enim hoc est sensorium instrumentum, quum non sint
 10 quinque elementa, quoniam odorum genus natura medium est inter aërem &
 aquam: quemadmodum & Plato dixit in Timæo, post hæc verba. Mutata enim
 aqua in aërem, vel aëre in aquam, in medio istorum odores fiunt vniuersi. Dicit &
 de visus instrumento, quod ignis sit purissimi. Quin ipsum splendorem & lumen
 20 nominat, à carbone & flamma variantem. Verba eius hæc sunt. Post hæc sciendum
 est multa esse ignis genera, flammam videlicet, & quod ab ea est accensum, quod
 25 vrit quidem, lumen autem oculis nullum adfert: quodque extincta flamma, intra il-
 la quæ accensa fuerant, remanet. Ex his itaque tribus generibus, quod non vrit qui-
 dem, ut ipse dicit, lumen autem oculis exhibet, in visus instrumento plurimum
 est. Quinetiam hoc rursus in eodem libro Timæo indicauit, ad hunc modum.
 Sed ex instrumentis faciei primum luciferos exporrexerunt oculorum orbes, hac
 30 causa ipsos illigantes. Ignis qui non vrit quidem, sed illuminando suauiter, diem
 inuehit mundo, participes oculorum orbes fecerunt. Intimum siquidem nostri
 corporis ignem, huius ignis germanum sincerumque per oculos emanare volue-
 runt, in quibus lenis congestusque vbiq; ignis sit huiusmodi, sed per eorum dunta-
 35 xat solidiorem angustamque medietatem ignis purior euolet, crassior verò cohi-
 beatur. Quale igitur sit visus instrumentum, in hisce indicauit: quomodo autem videam-
 mus, deinceps prædictis coniungens sequentia, ait. Quum itaque diurnum lumen vi-
 sus flori radiisque se obijcit, tunc ea duo inter se similia compacta, quod oculorum
 40 acies diriguntur, ibi in vnus iam domestici corporis coeunt speciem: vbiunque
 videlicet tam intimi quam externi luminis fit concursus. Totum igitur hoc pro-
 pter similitudinem simili affectui obnoxium, quum quid aliud tangit, vel ipsum
 ab alio tangitur, motum huiusmodi ad corpus omne, perque id ad animam usque
 45 diffundens, sensum efficit, qui visus vocatur. Hæc sanè Platonis verba splendidum
 visus instrumentum esse dicunt, sensumque fieri per ipsum splendoris affectuum,
 quemadmodum & aëris affectuum per auditum. Nam simile cum simili in affe-
 ctuum communionem peruenit. At quoniã tota huiusmodi dictio duo significat,
 qualem & Empedocles fecit, inquit.

Terram equidem terra, sed aquam spectamus aqua ipsa.

Vnum sanè, quoniam per instrumentum hoc: alterum, quia per virtutem talem.
 quod sanè per instrumentum, verum esse concedendum est: quod ceu per virtute-
 40 tem, non item. Etenim primum sensorium quodcumque fuerit, commune omnium
 est particularum sensuum, sicut & hoc Plato quum in alijs quibusdam, tum in Theo-
 teto docet, illa libri parte vbi inquit. Graue enim esset o puer, si multi in nobis
 45 sensus, quemadmodum ligneis equis insiderent, & omnia hæc in vnã, siue ideam,
 siue animam, siue quocumque modo vocare libet, tenderent, quæ per ista tanquam
 instrumenta quæcumque sensibus subiacet, sentiamus. Hæc copiosius deinceps Pla-

» to aſtruens, ita ſcribit. Dic igitur ea per quæ ſentis, calida & ſicca, lenia atq; dul-
 » cia nōne corporis inſtrumenta ſingula ponis, an alterius cuiuſpiam? Nullius
 » alterius. An etiam voles fateri, quæ per aliam facultatem ſentis, per alia eadem
 » non poſſe ſentire? veluti quæ per auditum, eadem per viſum: vel quæ per viſum,
 » eadem per auditum? Quid ni hoc velim? Si quid ergo de vtriſque cogitas, non
 » vtiſque per aliud inſtrumentum, neq; etiam per aliud de ambobus id ſentis. Non
 » certè. De voce & colore primum quidem id cogitas, quòd vtraque ſunt. Vtiſque.
 » Item quòd alterutrum ab alterutro diuerſum eſt, & ſibiſmet idem. Et hoc ſanè.
 » Quid igitur? & quòd ambo ſunt, vtrunque verò vnum? Id quoque. Igitur ſiue diſ-
 » ſimilia, ſiue ſimilia inter ſe ſint, potes inſpicere ac iudicare? Forte. Hæc itaque o-
 » mnia, per quod potiſſimum de iſtis exiſtimas, non per auditum, non per viſum,
 » commune de illis quicquam accipi poteſt. Præterea & hoc indicium eius eſt, de
 » quo dicimus. Si enim de vtroque licet conſiderare, falſa ne ſint, an non, vtiſque
 » poſſes dicere, quo conſiderares, id neque viſum, neq; auditum apparere, ſed aliud
 » quippiam. Cur non linguæ viſ id efficiat? Probe dicis. Illa verò potētia, per quod
 » tibi oſtendit quod ſingulis eſt commune, quòdque ſuper ſingula quo eſſe, & non
 » eſſe nominas, & quæ modo de iſtis percunctabamur, omnibus certa aſſignabis
 » inſtrumenta, per quæ id quod ſentit, in nobis ſingula ſentiat. Itaque in his Plato,
 quemadmodum in ſubſequentibus, aliſque nonnullis dialogis, de communi
 nos facultate edocuit, quæ ex cerebro per neruos in ſingula ſenſoria perueniens,
 alterationes quæ in iſtis ſunt perſentit. Nā ſi poſſibile eſſet proprijs iſtius affe-
 ctionibus diuerſum quippiam ſimul inalterare præter inſtrumentum lucem
 repræſentans, aut affectibus vaporum, diuerſum quiddam à vaporifero, aut affe-
 ctibus aëris, aliud quiddam præter quod aëris imaginem réfert, aut humorum, di-
 uerſum aliquod ab eo quod guſtat, plenumq; humoribus eſt, non facta eſſent ſen-
 foriorū inſtrumenta. At nunc non ſic habet. etenim in corporibus reſiſtentibus,
 quæcunque propria erant ſuæ differentia, omni particulæ neruorum participi li-
 cet ſentire, eo quòd ne pati quidem tota à terreſtris corporis obiectu idonea eſt.
 Erat autem iſtorum obiectuum primus, ſecundum acutiem & hebetudinem:
 ſecundus, caliditatis & frigiditatis: ex accidenti verò reliqui, magnitudo, figura,
motus, & numerus: qui etiam cum ratiocinatione & memoria, non ſolum ſenſu
 fieri demonſtrati ſunt, tum tactus, tum viſus, in opere de demonſtratione, in quo
 primum exercitatum eſſe deſidero eum qui exacte aſſequi ea quæ nunc dicun-
 tur, cupiat: quemadmodum & tactilis ſenſus inſtrumenta ſenſoria renixu, ita gu-
 ſtatorij ſenſus inſtrumenta per humiditatē & humores in cognitionem veniunt.
 Et ſi inarefacta vehementer nōnunquam lingua fuerit, humorum dignotio cor-
 rumpitur, dum id quod affectum eſt, nequeat decernere quid acidum, quid ama-
 rum, aut acre, quid auſterum, aut acerbum, aut in totum aſtringens: quemad-
 modum neque quid dulce, quid falſum exiſtat. At narium meatibus obſtructis,
 ſenſus odorum aboletur: quemadmodum & vocum, ſi aures obſtructæ ſint, pro-
 pria alteratione in vtrunque inſtrumentum non perueniente. nempe in vaporif-
 ficum ex odoribus, (vapor enim horū ſubſtantia eſt) in aërium verò ex vocibus,
 quoniam & horum aër eſt ſubſtantia. Eiuſmodi obſtructionibus reſpōdet & ocu-
 lorum affectus. vocatur autem ſuffuſio, in qua obſtruitur ſolaris luminis meatus,
 qui in tunica ab acino dicta ragoidi habetur, vt proprium viſus inſtrumentum

non amplius cum aëre qui totum extrinsecus oculum ambit, coniungatur. Hoc
 » idem in illa oratione Plato significauit, vbi inquit. Corporeum autem, spectabi-
 » lem, ipsum absolutum euasisse. separatum autem ab igne nihil vnquam videri po-
 » test, neq; sine solido quicquam tangi. Solidum verò absq; terra nihil: ideo in ope-
 5 ris huius exordio deus ignem primo, terramque creauit. Ex igne enim & terra
 mundi corpus factum inquit, vt spectari contrectariq; possit. Igitur etiam animã-
 rium corpora, quod quidem tangi potest, terrestre est: quod videri, igneum. quæ
 alterari etiam potuerint sine sensu, si non cõmunicarentur eis nerui, horum sub-
 stantiæ communis alterationem percipito. Non igitur sensus est alteratio, vt non-
 10 nulli inquit, verũ alterationis dignotio. Haud tamẽ sufficit leuem aut alperũ in
 corpore fieri motum ad voluptatis aut laboris generationem, sed vtriq; id genus
 motui sensum accidere conuenit. At si etiã dispositionem ipsam voles nominare
 dolorem, aut laborẽ, nihil interest. Id enim solũ meminisse te velim, dispositionem
 in qua corpora naturæ modum excedentia habentur, & sensum ipsius inuicẽ dif-
 15 ferre, quoniã nonnulli, quemadmodũ Hippocrates aliquando sensum solũ, labo-
 rem vocat, vbi scribit. Qui aliqua parte corporis laborantes plerunq; laborẽ non
 » sentiunt, his animus ægrotat. Nam læsos quacunq; parte tam vehementer, vt nisi
 » desiperent, dolerent, nominaui laborantes. Quum itaq; dicit, dolor fit & propter
 calorem & frigiditatem, item propter maius, & propter minus: & in perfrigeratis
 20 corpore, propter calorem sanẽ: in excalectis autem, propter frigus: ac ijs qui na-
 tura contabescunt, dolores oboriuntur: ne putes ipsum alterationem quandam
 exiguam indicare, sed vehementis alterationis sensum: qui inquam sensus non
 potest fieri, nisi corpus affectum in statum præter naturam transeat. At exigua
 corporum immutatio sensum quidem efficit, qui efficientis virtutem discernat,
 25 quum sensibile scilicet id quod alteratur, existat: dolorem verò nondum exhi-
 bet. Patiuntur autem singula prompte exiguas mutationes ex finitimis genere:
 exempli gratia, visus instrumentum quoniam coloribus discernendis idoneum
 ipsum esse conueniebat, splendidum creatum est, quòd sola huiusmodi corpo-
 ra à coloribus alterari soleant: quemadmodũ indicat etiam aër ambiens, qui quũ
 30 maxime purus est, tunc à coloribus alteratur. Itaque videre licet, quum in aëre
 eiusmodi aliquis sub arbore decumbat, arboris colorem ipsam ambientem, & pa-
 rietis colorem subinde aër splendidus vbi contigisset, suscepit, in aliudq; corpus
 transtulit, præsertim vbi color sit ceruleus aut flauus, aut quocunq; alio modo flo-
 ridus. Quinetiam vt à solis splendore solo tactu totus aër statim ei assimilatur, ita
 35 à colore protinus mutatur. Hæc igitur etiam rectissime ab Aristotele dicta sunt,
 tum de subita eorum quæ sic alterantur, mutatione, vt periclitetur esse temporis
 expers: & circa hanc etiam, quia aër splendidus à coloribus alterari consuevit, vs-
 que ad visus instrumentum alterationem transmittens: non tamen quomodo si-
 tum, aut magnitudinem, aut interuallum cuiusq; sensibilis cognoscamus, Aristo-
 40 teles exposuit. Verum ratiocinantes de placito, multi quoq; ipsius sc̃ctatores de-
 liri redduntur, mentientes, quum neq; odorum, neq; vocum loci demonstren-
 tur vnde veniant, vt in opere de demonstratione ostensum est. Insuper quòd per
 specula, aliãq; lucida corpora interim nos ipsi spectamur, interim alij quidem ex
 obliquo, aut retro, quemadmodũ alijs omnibus, excepto Platone, sic etiam Ari-
 45 stoteli repugnat, quũ solus color iuxta reflexum ab ijs quæ videntur, ad nostrum

visum perueniat, forma autem aut magnitudo non item. etenim formam quum
 efficiat figurarum partium varietas, neque cogitare licet aliquem fieri ab ipsis
 specularijs obiectum, neque si etiam fiat, sine flexu ad nos reflexum perueni-
 re. Probabiliora nanque sunt quantum ad hoc pertinet, Epicuri idola. magni-
 tudinem verò minus adhuc licet pupillæ insidere, etsi hoc omnium aliorum opi- 5
 niones deijciens, tanquam aliquid parum percenteat. de interuallo sanè & si-
 tu aggrediuntur sophisticari: magnitudo autem quomodo dignosci debeat, præ-
 tereunt, etsi manifeste opiniones peruertat. Nemo siquidem potest magnitu-
 dinem rerum appetibilem sentire, nisi id quod videtur, contempletur, in quo-
 cunque existat loco, etsi de reflexu quem à sensibilibus ad nos Aristoteles veni- 10
 re dicit, ratione videtur mihi considerasse absurditatem, nusquam ea uti ausus,
 verum attrahens, ceu improbable semper. Quippe quomodo iris fiat, & qua ra-
 tione alia vel circa solem vel lunam creentur umbræ tum quæ præcedunt, tum
 quæ contra solem occurrunt, quæ Anthelij, & quæ Prothelij dicuntur: item
 quæ per specula videntur, enumerans, ad reflexum visus omnia refert, nihil differ- 15
 re inquiens, vel si visum reflecti putes, vel alterationes aëris nos ambientis, ab
 ijs quæ videntur, proficiscentes: similiter omnino hac in re Asclepiadi sophistica-
 tus, qui attractionis nomine in vicem lationis vitur. nam improbabilitatem latis-
 onis subueritus, transpositione appellationis fiduciam sibi alciuit. Sic igitur &
 Aristoteles quum manifestò sciuisset, particularium improbabiles dicere visorias 20
 causas, si suam ipsius opinionem tuetur, ad alienam peruenit, nihil interesse pro-
 nuncians quomodocunque interpreteris, etsi optimo iure ad ipsum possis dice-
 re, si nihil refert, hoc, vel illo pacto dicere: cur relicta vera, tuæque opinione, alie-
 na vteris falsa? Nam contra te sophisma dirigitur, quum nullam causam ha-
 beas, cur citra rationem dogmata transmutaueris, ut suspicionem potius quam 25
 fidem astruxeris. Atqui si, quòd probabilius tibi dicere sit, ideo dicas alienis te
 uti dogmatis, interrogabitur rursus ipsius probabilitatis causa. Si enim falsa opi-
 nio vniuersas particulares causas probabiliores vera obtinet, omnibus ipsius pro-
 blematum libris fides derogabitur. Quapropter per medium aërem videre nos
 euidense est, & omnibus in confesso. At quæstio ob hoc oboritur, vtrum ceu per 30
 viam quandam mediam ab his quæ videntur, aliquid ad nos peruenit: an huius-
 modi instrumentum aër est nobis ad visibilem dignotionem, cuiusmodi ner-
 uus dignoscendis tactibus. Putant igitur plerique etiam per neruum alteratio-
 nem ab ijs quæ accidunt, distribui ad animæ principatum: non considerantes
 nos ad dignotionem ipsorum ducere, tanquam doloris sensus in particula quæ 35
 diuiditur, vel cõtunditur, vel vritur, haud inesset, nisi etiam sensus facultas in ipsis
 consisteret. Habet autem secus quam illi opinantur. nam neruus ipse cerebri pars
 est, veluti surculus aut germen arboris. & pars in quam alia inseritur, virtutem
 ipsius in sese excipiens totam, discernit ea quæ ipsum contingunt. Per simile
 quid etiam in aëre nobis circumfluo accidit. nam illuminatus à sole, tale iam est 40
 nobis visus instrumentum, qualis ex cerebro proficiscentis spiritus. At prius quam
 illuminatus fuerit, iuxta alterationem quæ à spiritu in ipsum ex iactu absolui-
 tur, simile affectu instrumentum non efficitur. Ne igitur per ambientem aërem
 tanquam baculum videre nos Stoici dicentent. Nam eiusmodi dignotio corpo-
 rum est, secundum ratiocinationem resistantium. Præterea non constricti, coagu- 45

latique sensoria qualitas corporis sensus nobis est, neque duritiei, neque molli-
 tici, sed coloris, magnitudinis, & situs, ex quibus nullum baculus potest digno-
 scere. Multo igitur melius, ut in erratis Epicurus pronunciauit, quam Stoici. Illi
 siquidem nullum visibile usque ad vim visoriam reducunt, Epicurus autem redu-
 5 cendum protulit, eoque multo præstantior Aristoteles, qui non imaginem corpo-
 ream, sed qualitatem per aeris ambientis alterationem à visibilibus ad usque visum
 deducit. Etenim veritas est omnino ambientem aerem sensorium omnino effi-
 cere, etsi carnem manifestò sensibilè fieri conspiciat, ex facultate quæ ab initio in
 ipsam perueniebat. Quid autè negotij est solis splendore sensorium statuere, qualis
 10 maxime spiritus in oculis manifestò conspicitur, qui ex cerebro descendit, quum
 lucidus sit? At si de animæ substantia pronunciare oportet, alterutrum neces-
 sario dicetur, aut hanc esse veluti lucidum & aërium corpus affirmandum: in quam
 sententiam vel inuiti ex consequio Stoici & Aristoteles perueniunt: aut ipsam
 incorpoream esse substantiam, primùmque ipsius vehiculum hoc corpus, cu-
 15 ius intercessu cum reliquis corporibus communionem suscipit. Hoc itaque ip-
 sium per totum cerebrum exporrectum esse dicemus: communionem verò ipsius,
 spiritum qui in visu ipsorum habetur, lucidum euadere. Proinde Aristotelis & Stoic-
 orum opinione dicere paululum differam, sensum verò sensilium corporum ex
 alteratione & dignotione fieri, ea quæ dixi, declarant. Alteratur itaque sensus instru-
 20 mentum: dignotio autem ipsius alterationis fit ex vna facultate omnium senso-
 riorum cõmuni, quæ ab initio influit. Porro initium ipsorum siue communem
 sensum, siue princeps sensorium nuncupare voles, nihil intererit: atque hoc prior
 disputatio indicauit esse cerebrum, à quo omnes particulae sensum & motum ob-
 tinent, descendentes alijs neruis in sensuum instrumenta, ut sensilia dignoscan-
 25 tur: alijs mouentibus ea quæ moueri desiderant, veluti oculos, linguam, & aures.
 Quinetiam hæ plurimis animantibus mouentur, musculis qui in capite sunt, eos
 comprehendentibus, per quos omnis motus arbitrarius animalibus admini-
 stratur. Quæ omnia testimonia sunt conuenienter dici, cerebrum esse princi-
 pium partim totius animantium sensus, partim motus arbitrarij. At si non pro-
 30 pter hæc, cuiusnam alterius causa factum est: aut cur membranas meningas di-
 ctas exterius ei natura circumdedit, si in illis quidem animæ origo est, frustra au-
 tem cerebrum creatum est? Item cur singuli ipsius ventriculi læsi periculum acu-
 tissimum inferunt? cur rursus ab eo omnes nerui prodierunt, & spinalis medulla,
 quæ quòd cerebri substantiæ soboles sit & propago, euidenter in confectionibus
 35 apparet, ut ne coci quidem ignorent? Qualem verò facultatem obtineat, facile dis-
 ces, si prius ad cõfectionem digrediens, neruos ab eo prodeuntes, numero sexa-
 ginta cõspicias. Condices autem vniuscuiusque usum, structura ipsorum vnà cum
 affectibus, qui ob sectiones accidunt, indicante. Siquidem structura persimilis
 est ijs quæ à cerebro nascuntur, dum veluti interior pars cuiusque nerui, quæ græ-
 40 ce dicitur ἐντερίον, ab ipsa spinali procedit, membranæ autem orbiculatim ip-
 sam comprehendunt. Habet enim & spinalis medulla similiter cerebro mem-
 branas eiusdem usus gratia: quas si etiam ademeris, singulorum procedentium
 neruorum nulla pars offenditur, in quam neruus insinuatur, attestante &
 hoc euidentia, quòd scilicet membranæ tegmina sint & cerebri, & spinalis me-
 45 dullæ: sensus autem & motus vis, in ijs quæ ab ipsis comprehenduntur, existat.

Quí igitur nerui partem medullarem dissecueris, statim membrú in quod neruus peruenit, sensus, motusque omnino expers apparet. Quòd autem & spinalis medulla ipsa à cerebro facultatum habeat originem, liquet ex eo, quòd dissecta ipsa quacunque in parte, quæ regio supra sectionem habetur, sana conseruatur: quæ inferius est, sensum statim amittit & motum, dum omnes musculi qui ab ipsa neruos mutuuntur, insensiles immobilésque fiunt. Erasistratus igitur etsi non antea, certè in senectute verum neruorum principium considerauit. At Aristoteles perpetuo ignorans, merito usum cerebri nescit explicare. Porro quæ sint illius dicta, & quomodo coarguantur, discere tibi licet perlecto octauo operis nostri de usu particularum commentario: quemadmodum etiam quòd horum omnium dogmatum quæ percensui, Hippocrates princeps existit, tum in alijs quibusdam, tum in commentarijs de confectione Hippocratis ostensum est. Quare etiam nunc verba ipsius, quemadmodum Platonis, non ascripsi, ne bis de eisdem dicam. Platonis autem, quoniam in alio nullo opere mentionem feci, merito impræsentiarum apposui.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

CLAVDII GALENI PER:

GAMENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS
PLACITIS LIBER OCTAVVS,

IOANNE GVINTERIO ANDERNACO INTERPRETE.



5 **D**E Hippocratis & Platonis placitis tractare instituens, pri-
mum sanè docui, maxime necessarium esse tum medici-
næ, tum philosophiæ, siue plures sint facultates quæ ho-
minem gubernant, siue vna, firmiter adinuenire. Deinde
10 ad quæstionem ipsarum conuersus, lege demonstratoria
notionem omnibus confessam animi principatus esse di-
ximus, id quod præest sensui motuque arbitrario, quem
Græci nullo discrimine κατὰ προάρισιν, aut κατ' ἄρμην vocant.

15 Cōstat autem quòd alij motus sunt dum extendimus contrahimúsq; crura, imus
& currimus, stamus & sedemus, aliáque id genus agimus. Alij motus sunt, qui in
corde & arterijs non nostro arbitrio perficiuntur: sicuti & tertium motuum ge-
nus, quod in alimenti dispensatione versatur. Verum à motibus arbitrarijs exor-
si, in quibus etiam proprie dictus animæ principatus est, vnã orationem osten-
dimus solam ab eius quod quæritur substantia, scientificè propositam esse, his
20 propositionibus cōsistentem, Vbi neruorum principium, ibi etiam animæ prin-
cipatus. Hæc sanè orationis principalissima propositio, omnibus & medicis &
philosophis confessã est. Hæc autem veluti assumptio illius vera sanè est, Prin-
cipium neruorum in cerebro: falsã autem, Initium neruorum in corde est: quum
scribere sanè hanc propositionem, aut etiam dicere anatomæ imperitis aliquis
possit, non tamen ostendere. Omnes siquidem in animantibus particulæ, neruo-
25 rum compotes sunt: hæc manifestò ex cerebro in ipsas descendunt: illæ per
mediam spinæ medullam. Primi igitur prolixitatis authores extiterunt, qui
contra euidentiã, falsã attulere, non Hippocrates, aut Erasistratus, aut Eudemus,
aut Herophilus, aut Marinus, qui post veteres anatomicam speculationem in-
terea temporis neglectam recuperarunt. Nam si quod ex anatome apparet, di-
30 xissent, non vtique prolixi essemus, eo quod quæritur, per demonstrationem v-
nam inuento. Longioribus itaque verbis statim in primo libro opus habuimus.
nam propter eos, qui, quæ neutiquam sciebant, tanquam exacte scientes, scri-
bere aggressi sunt, coacti sumus & neruorum & arteriarum confectionem sum-
matim in eo percensere. At in secundo libro, ex orationibus quæ de animæ
35 principatu propositæ erant, probabilissimas ostendimus, non secundum ratio-
nem demonstratoriam ab ipsis compositas, sed alias propinquas ipsis quas dia-
lecticas Aristoteles vocare consuevit: alias autem longius ab his recedentes, quas
diuidimus in rhetoricas & sophisticas. Feci autem hoc, tum rei ipsius subiectæ
gratia, tum propter familiares, qui alternatim vicissimque orationum habere dif-
40 ferentias cupiunt, quum hæc exercitatio ad multa utilis, in vna quadam re pro-
posita futura sit. Quoniam verò & huiusmodi orationem Chrysippus scripsit,
Vbi animi affectus, ibi etiam principatus: affectus autem animi in corde: ibi

igitur & principatus, ostēdebā id quod proponitur, ipsum in principalissima sum-
 ptione adducere. Nam quū Plato dixisset in capite vim rationalē existere, in corde
 irascibilem, in iecore appetitoriam, conueniebat ipsum prius reprehendere, quæ
 Plato suū ipsius dogma astruens, percensuit, nō simpliciter eloquutū suam ipsius
 enūciationē fide digniorē censere ijs quæ à Platone prolata sunt. Porrò ostēdi etiā
 quod ne aggressus quidem sit Chrysippus in suis cōmentarijs Platonis verbis re-
 fragari. Itaq; omnes qui nondū philolophiam attigerūt, geometræ, arithmetici,
 calculatores, astronomi, architectones, præterea musici, gnomiei, hoc est qui so-
 lariorū discriminatis vmbriis horas veruto pernotāt, rhetorici, grāmatici, summa-
 tim si quis in arte logica exercitatus sit, firmā fidem habuerint aliorū sanè libros
 de animæ principatu conscriptos, reprehensionē mereri: Hippocratis autem &
 Platonis esse veraces. At quia Chrysippi libri de affectibus proditi, item eius secta-
 tores affirmāt, vt in illis ostēdit vir, in rationali animæ parte esse affectus, iracūdiā,
 metum, dolorē, aliōsq; eius generis: coactus sum ostendere non solum falsa multa
 in libris de affectibus Chrysippū dixisse, sed etiā sibi repugnantia: ac in hoc appo-
 iui duobus prioribus libris alios tres, indicās statim in his, quod & Posidonius Stoi-
 corum scientissimus, quoniā in geometria se exercuerit, à Chrysippóq; desciiuit,
 & in opere de affectibus ostendit, à tribus corpus nostrū facultatibus, appetitoria,
 irascibili, & ratiocinatrice gubernari. Cuius opinionis & Cleanthē esse Posidonius
 indicat. Quinetiā sermonē de virtutibus ob hæc principia recte finiri pronunciat,
 atq; idiplum magno opere seorsim ei cōscripto mōstrat: quare non ego disputa-
 tionis prolixę author sum, verū qui temere Chrysippi scripta laudāt, tū de animæ
 principatu, tū de affectibus: quæ omnia statuerā ego irreprehēsa præterire. Deos
 autē omnes testes inuoco, q̄ sermones impudētius criminari me pudeat, ipsum,
 præstare existimās, vt vulgus ipsos ignoret, ne offendatur cōspiciēs viros philoso-
 phos, ea quæ nunq̄ viderunt, tanq̄ vidētes scribere. minus enim pudet etiā ipsum
 vulgus, vbi in mendacio deprehenditur. Pudor autē est, illos viros qui in philoso-
 phia consenuerint, ignorare, vnā solam hanc orationē de animæ principatu, lege
 demonstratoria esse propositā, in qua vera quidē assumptio est: nēpe cerebrū ner-
 uorū esse originē: falsa autē, cor. Quare nō solū in quinq; libris nō erat necessariū
 sermonem de animæ principatu tradere, imò ne per vnū quidem totū, ad eos qui
 didicerūt qualis res sit demōstratio científica: quæ sanè, vt ego arbitror, philoso-
 phis magis cōuenit, q̄ geometris, arithmeticis, logisticis, astronomis, & archite-
 ctonibus, nō tamē exercitatis ipsis, quēadmodū illis. Propterea igitur Euclides in
 theoremate primo in libro apparētiū paucis versibus ostēdit terrā mūdi esse me-
 diā, & signi centriq; rationē habere illius collatione: quā qui sic didicerūt, conclu-
 sioni demōstrationis fidē adhibent, quemadmodū etiā bis duo esse quatuor. Por-
 rò nōnulli philosophi talia de magnitudine & terræ situ nugātur, ceu reuereātur
 nonnulla de tota structura dicere. Quoniā enim qui semper iubēt nihil velfacere
 vel dicere, tales in ipso opere temerarij apparēt. At dictorū superius artificū de ar-
 te sua certatiū, nullus quidē seipsum sapiētē, quēadmodū illi, existimat: demōstra-
 tionibus autē conuenienter vtuntur, nusq̄ repugnātes, neq; dissentietes inuicem,
 neq; de incognitis impudēter pronūciantes, quomodo aliquē haud pudebit de to-
 to philosophiæ studio. Sic itaq; vera oratio breuis est vt ego tibi ostendā paucis
 syllabis finiētē, quæ talis est. Vbi neruorū initiū, ibi animę principatus. Initiū verò

alia adhuc quæpiam huic similis, dum rectitudinem cauæ venæ nos inspicimus. Nā tota ipsius dextra pars, à gibba iecoris regione vsq; ad iugulū linea vna recta inflexilē eam seruare videtur: ex sinistris autem processum in dextrum cordis sinum fieri: quam venam aliqui putant truncū seu caudicem, vt ita dicam, esse totius corporis venarum. quod si verum esset, omnino scinderetur & ipsa post exortum, magnæ arteriæ similiter, quam sine controuersia omnium in toto animante arteriarum principiū videre licet, quā primum ex corde oritur, duplici propagine discindi, vt partiū ipsius altera sursum, altera deorsum in corpore educatur. Quare etiam si caua vena ex corde prodisset, omnino hæc quoq; similiter arteriæ bifariam scissa, altera parte ad iugulum emergeret, altera ad iecur deferretur. Quod quum non appareat, clarū est neq; ex corde ipsam originem ducere. Hæ quatuor demonstrationes sunt in sexto propositi operis libro abunde satis explicatæ, ijs qui norunt quid tandem sit demonstratio. Dicta sunt & alia quædam in libro ad fidem dogmatis approbandam, quæ tamen scientificam demonstrationē non habent, quemadmodū primæ duæ orationes. Quinetiā controuersia quædam ad aliorum opinionones declarata est. quare quantū ad me attinet, paucissimis iam id quod institui, demonstratū est. Ac prolixitatis verborū non in nos qui reprehendamus, quas vitiosas illi prodiderunt orationes, sed in ipsarum authores culpa reijcienda est. Quū itaq; tres libri logici de affectibus à Chrysippo sint traditi, contradicere etsi possim ijs quæ aduersus ipsum protuli, prolixitatē reprehendens id facere nō sustinui, sicuti nec quæ de virtutum differentia quatuor in libris prodidit, super quibus eū & Posidonius criminatur. Verū de his quoq; vbi indicassem ijs qui scientificas demonstrationes possunt audire, cū otio rursus ostēsurus hoc agere distuli, quæ sibi etiam ipse, & veritati eorū quæ euidenter apparent, refragans, conscripsit. Illud itaq; opus per se elaboratū est: cæterum quū pleriq; amicorū reliquias Hippocratis & Platonis dogmatū habere desiderent, illuc me conuertā, à naturalibus elementis exorsus. Nominatur itaq; elementū, quodcunq; minima sit pars illius rei, cuius fuerit elementū. Nam ex appellatione ad aliquid vox elementū, capitur: quemadmodū & partis. nā & elementū, alicuius elementū est, & pars, alicuius pars est. Sicut igitur linguæ nostræ, qua vtimur differētes inuicē, quatuor & viginti sunt elementa, eodē modo omnium generabiliū corruptibiliūmq; corporū minimæ particulæ terra est, & aër, & aqua, & ignis. Minimū autem dicitur, quod non amplius sectionem permittit. etenim secundū magnitudinem sectio, eiusmodi nullum obtinet. Sola autem speciei diuisio quandoq; consistit, veluti in voce, quum aliqua composita talis existat. Musā mihi memora rancorē immitis Achillis. Tota quidem hæc est: partes autē, musā, & mihi, & memora, & rancorē, & immitis, & Achillis. Singula hæc rursus in syllabas secantur, & syllabæ iterū singulæ diuisionē in elementa recipiunt. Itaq; primæ syllabæ, mu, compositæ ex duobus elementis, neutrum ipsorum in alias sui voces minores diuidi potest. Ideo vocem, mu, minimam & indiuisibilem esse dicimus, vt etiā Dionem vocare mos est philosophis substantiā indiuiduam, sic orationē breuissimā Plato dixit, compositā ex nomine & verbo, orationē scilicet recte breuissimā. Singula enim quæ secundū speciē & dicuntur & intelliguntur, quū non amplius sectionē in plures species cōcedunt, eiusmodi nominibus appellamus, minima, insectilia, elementa: de cuius nomine totū habes librū in medicinaliū nominū opere cōscriptū. At de sectione corporū

secundū magnitudinē geometrici viri ostenderūt, ceu illa nunq̄ consistere possit,
 verū semper id quod scatur, minorem q̄ prius, magnitudinē habeat. quū autē sola
 secundū speciem sectio relinquatur, in confesso est rursus de ea quæ in vnoquoq;
 rerum genere habetur, indiuiduam quandam speciem esse talem, quale est in na-
 5 turalibus corporibus elementum terra, aqua, aër, & ignis, Horum vero demōstra-
 tiones non opus habeo huc ascribere, quum aliās commentarium de elementis
 ex Hippocratis sententia ediderim, qui clarius manifestiusque sanè est expositus,
 quemadmodum & alij complures, qui non solum eius rationem habet qui librum
 ipsum legendum capit, sed quasi indoctiores quoq; illo sint eundem perlecturi.
 10 Quum autem multis eius sit copia, non amplius visum mihi est scribere alium,
 eo quòd paucę quædam in eo disputationes sint, quę longius tractari desiderent,
 ex quibus maximè & hæc ipsa nunc comprehensa de elementi notione, plurimū
 quidem vno in libro elaborata vt dixi, in præsentia autem summatim exposita
 15 sunt: ea quę magis vtique declarata fuissent in libro de elementis secundū Hippo-
 cratē, si ipsis cōprehensionibus elementū opus habuisset. Porro quū liber de natura
 hominis ab Hippocrate sit cōscriptus, adiectus autem ei exiguus libellus de victus
 ratione, & quædam venarum cōfectio interposita, quam author videtur mihi
 adiecisse opusculo de natura hominis, & de victus ratione, noster de elementis se-
 cundum Hippocratē liber expositio est eius qui de natura humana proditus est.
 20 At expositionem non ita habet descriptam, vt consuerunt qui interpretationes
 persequuntur, in singulis dictionibus factitare, sed de eorum duntaxat quę dogma
 complectuntur, vnà cum proprijs demōstrationibus. quas si voles discere, ad illū
 librū te conferas. Ego autē non consueui subinde eadē diuersis in cōmentarijs scri-
 bere: sed hic solius Platonis verba subiiciam, in quibus secutus est Hippocratē,
 25 corpora nostra in quibus ex terra, igne, aëre & aqua constare. Quod ipsum quum
 in alijs quoque libris tradiderit, in præsentia sufficiet verba ex Timeo exponere,
 quæ in eum modum sonant. Nam quum quatuor illa sint, ex quibus compactum
 est corpus, terra, ignis, aqua, aër, horum præter naturam excessus defectusque, & ex
 loco proprio in alienum translatio, tum ignis, tum aliorum, quādoquidem plura
 30 vno sunt, singula id quod sibi conueniens non est, assumunt, ac omnia eiusmodi
 seditiones & morbos exhibent. In hac oratione Plato palam indicauit non solū
 ex terra, aqua, aëre, & igne corpora nostra esse procreata, verum etiā quia propter
 hæc mensura quidem inuicem temperata secundum naturam habemus, quod
 idem est ac si dicas, sani sumus. Si autem aliquod deficiat, aut redundet, aut in aliū
 35 locum transgrediatur, ægrotamus. Quod igitur excessus defectusque bonam tē-
 periem corrumpit, in qua primorum corporum sanitas consistit, omnibus cōspi-
 cuum est item quòd translatio, si consideremus quomodo simulatque tho-
 racis & asperę arterię instrumentis, sanguis, aut alius quidam humor incidit, in-
 culpata ipsorū sanitas aboletur. Ad hæc in ventre, intestinis, venis, & carnibus, aërea
 40 substantia coaceruata: sed & ipse Plato per ea quę prædictę orationi cōtinua sunt,
 docebit te id, hunc in modum scribens. Quando enim præter naturam vnum
 quodque fit, aut transfertur, calefcunt vtique quæ antè frigebant, arida madent,
 grauescūt leuia, & cætera omnia similiter permutantur. Solūmodo vero dicimus
 idem aliquid sibi met secundum idem, atque similiter, & debita proportione ser-
 45 uata, accedens vel decedens, permittet se idē sibi ipsi sospes integrūque manere.

Quòd igitur ex terra, igne, aëre, & aqua corpora nostra constant, item quòd
 ob horum defectum aut redundantiam aut transmutationem morbi oboriun-
 tur, manifestò indicauit. Videbitur autem in eo quòd elementa ipsa vocat, ab
 Hippocrate dissentire, etsi neq; ille nominauerit ea elementa, solú vero, quòd his
 coeuntibus, contemperatisque, physica creantur corpora. atque ultra hæc proce- 5
 dere Hippocrates quidem ne vnam sanè necessitatem esse dicit, actiuam, nõ spe-
 culatoriam artem persequens. Plato autem tanquam philosophiam speculatoriã
 laudatissimam esse censeat, non contentus fuit solis quæ apparent in elementis,
 facultatibus, sed etiam causam generationis ipsorum inquirit: speculationẽ me-
 dico inutilem. Cur enim humectet aqua, vrat ignis, aut cur fluat quidem aqua, sur- 10
 sum autem ignis feratur: item cur stabilissima grauissimãque elementorum sit ter-
 ra, ad morborum curationes nihil conducit. Solum enim sufficit sanitatem ser-
 uaturo, curaturoq; morbos, scire, propter bonã temperiem calidi, frigidi, sicci, &
 humidis, sanitatem animantibus consistere: ob malas autem horum intemperies
 morbos oboriri. Porro inquirere an ignis ex particulis figura pyramidis cõposi- 15
 tus sit, siue alia quædam causa existat, propter quam secat, & proxima corpora di-
 uidit, speculatiõis philosophiæ opus est, quam Plato persequens, ignis sanè parti-
 culas pyramidis speciem referre scribit, terræ cubicam. Figuram autẽ octonorum
 sessuum, quæ Græce *ὀκτώκων* dicitur, aëris peculiarem esse cenlet: quemadmodũ
 eam quæ viginti bases obtinet, aquæ. Num igitur rectè, an secus de his Plato opi- 20
 natus sit, non ad disputationem nobis nũc institutã pertinet. Cur enim non no-
 minet elementa terram, aquam, aëre, & ignem, rationem dare nos querebamus, vt
 expositum est, non an falso singulas quas dixit figuras ipsis tribuerit. Cæterum ser-
 monis processu eadem hæc rursus diuidit secundum sensum in materiam & figu-
 ram: ac quoniam figura composita est, pyramidis sanè ex quatuor æquilateribus 25
 triangulis: cubi sex bases siue sessus obtinens, quadrangulis sex: octo bases conti-
 nens figura, octo triangulis æquilateribus: quemadmodum & viginti bases habens,
 viginti triangulis. iterum inspicit ordinem planorum solidas figuras circumscri-
 bentium, ac ait æquilaterem triangulum ex triangulis rectangulis duobus procre-
 ari, quadrangulũ ex quatuor. Quoniam vero non vltius procedere poterat, tãq̃ 30
 in minimis his consistit, atque propter hoc ipsum elementa nuncupat, alterum
 æquilateris trianguli, alterum quadranguli. Sed ascribam tibi etiam verba ipsius,
 „ primum quidem quæ de pyramide in hunc modũ ad verbũ dicta sunt. Erit utiq;
 „ prima species & minima constituta: elementum vero ipsius quod latus oblongius
 „ breuiori latere duplo maius habet. Secũda ad hæc quæ in figura viginti basibus cõ 35
 „ posita habetur, ipsaq; eisdẽ nominibus ita appellatur. Tertiũ ex elemẽtis bis sexa-
 „ ginta copulatis, & angulis solidis duodecim, quorũ quilibet quinq; planis triãgulis
 „ æquilateribus cõtinetur, habẽs viginti bases triangulas æquilateres, nascitur. Nũc
 „ igitur trianguli qui constituũt planos circumscribentes solidas figuras, elemẽta vo-
 „ cata sunt. Progressus etiam ipse, quæ circumscribuntur corpora à prædictis planis 40
 „ angulis, elementa nominat, his verbis. Igitur esto secundum rectam probabilẽmq;
 „ rationem, pyramidis species solida ignis elementum, & semẽ: sensibiliq; hic ignis
 „ cumulata paruorum corporum coaceruatio censeatur: quæ figuram pyramidis
 „ omnia habent. Illa igitur singula ignis elementum esse affirmãt, quemadmodũ
 „ si etiam tritici acerui elementum vnumquodque triticum aliquis esse diceret. Ea- 45

dem ratione & vocis elementa generare primas syllabas, deinde ex ipsis gigni no-
 men, verbum, præpositionem, articulum, & coniunctionem. Quæ rursus Chry-
 sippus appellat orationis elemēta. Hæc itaq; tibi, etsi non fuerit necessitas, retuli,
 ne aliquis contentiosus sermoni nostro insultet, dissentire pronūcians in dogmate
 5 de elementis Platonem ab Hippocrate, quum ne appellauerit quidē Hippocra-
 tes elementa terram, aquam, aërem & ignem: verum ex ipsis nos constare aiebat,
 non amplius inquirens propter quam causam singula ipsorum propriam habeāt
 virtutem, quam euidenter in ipsis esse conspiciamus. Plato autem & hoc disquisi-
 uit, præterquā quòd omnia corpora, quæ corruptelę generationiq; subiecta sunt,
 10 ex quatuor illis conflata esse admittat. Quinetiā quomodo ex elementis corpora
 nostra consistunt, ita ambo affirmant, non scilicet terra aqua conspersa, deinde in
 sole calefacta, animalia procreari pronunciantes, sed ex plurium mutationum in-
 tercessu. Etenim ex quatuor elementis & stirpium generatio est, & fructus ex ipsis
 & semina. Alimentum vero hæc omnia, ouibus, suibus, capris, bubus, alijsque ani-
 15 mantibus, quæ herbas, aut arborum fructus, aut furculos aut radices comedunt,
 hominibus eadem hæc animantia alimenta sunt: atque hinc ipsis generantur san-
 guis, pituita, & bilis vtraque. Plurimus quidem sanguis, quare etiam solus in venis
 apparet: modicum vero ex alijs singulis. Atque hic est ipse sanguis generationis
 nostræ ceu materia, ex quatuor humoribus constans, iuxta excellentiam vero sic
 20 nuncupatus: nam ex eo procreamur in vtero concepti, & primā hinc conforma-
 tionem accipimus, deinde particulis efformatis, artuum confirmationem, incre-
 mentum, & absolutionem, in lucem æditi recipimus, ac primum lacte nutrimur,
 originem ex sanguine habentes: deinde perfectis ac solidis ipsis alimentis, vnde
 rursus sanguis, pituita, bilis flaua & atra proueniunt. Interfit autem nihil ad præ-
 25 sentem dilputationem, flauam an pallidam bilem nomines. Verum hæc omnia
 Hippocrates omnium primus, quorum memoria ad nos peruenit, tum medico-
 rum, tum philosophorum, accurate diffiniuit, eoque morbos primorum corpo-
 rum ex intemperie fieri dicebat. Quæ autem appellem prima corpora, prius in-
 dicabo: ne quicquam in oratione sit obscurum. Etenim ipse Hippocrates non ap-
 30 pellauit corpus primum aut secundum quemadmodum Aristoteles: Plato autem
 secundam quandam corporum consistentiam esse dicebat: primam vero ne ipse
 quidem nominauit, sed ex eo quòd secundam quandam dixerit, certum est ante
 eam posuisse eum alteram, quam nomine similarium Aristoteles ita nuncupauit,
 vt qui plenius de animantium particulis & earum generatione percensuerit.
Quanto enim quis exactius subtiliusque naturam rerum quancunq; elaborat, tã-
 35 to plurium nominum vltus ipsi obuenit. Quę igitur in vna descriptione corpora
 cõprehenduntur, subinde quidē similaria vocātur, eo quòd omnes ipsę particule
 & inuicem, & toti sint similes: subinde vero simplices & primariæ, vtpote ex qui-
 bus compositæ & instrumentarię dictæ consent, digiti, brachiale totum, cubitus
 40 totus, brachiũq; totum. Item quæ respondent ipsis proportionem, crurum par-
 ticulæ, digiti, pes, tibia, femur: item oculus, lingua, cor, pulmo, omniãq; viscera, &
 venter, & intestina ex instrumentarijs particulis sunt, vnde rursus totum corpus
 componitur. Prima itaque generatio nostri est ex alimento, quod intra corpus
 assumitur, est & semē. Sanguinē vero nomino qui secundum excellentiam sic ap-
 45 pellatur, qui etiam in venis cõtineri videtur. Ex his primarię particulæ generātur

Sanguis

cartilago, os, neruus, membrana, ligamētum, aliāq; eiufmodi, Deinde ex his oculis, lingua, caput, vilcera, artus, atque ex his rursus totum corpus. Eoque Hippocrates in libello de natura humana, vnitionem ex elementis omnium physicorū corporum communem esse protulit, ex qua ad animantium vnitionem digressus est, atque horum non omnium, sed sanguineorū, inter quę & homo existit. Scribit itaque de eo hunc in modū. Corpus humanū in se continet sanguinem, pituitam, flauam bilem, & nigram: atque hæc est ipsius corporis natura, eoque dolet, & sanum est. Sanum itaque potissimum est, quum hæc mediocriter habuerint inter se virtute & copia, & maximè fuerint temperata. Dolet autem, quum aliquid horum minus aut amplius separatū fuerit in corpore, & non sit omnibus contentum. Necessè enim, quum aliquid horum recesserit, & per se constiterit, non solum locū ex quo recessit, morbidū euadere, sed eū etiam vbi constiterit, retineaturque, nimis quàm repletum, dolorem laborēque exhibere. Etenim quum aliquid horum extra corpus effluerit amplius superabundantis, dolorem exhibet euacuatio: si rursus intro agatur, transferatur, excernaturque ab alijs, necessè omnino est vt duplicem in prædictis dolorem conciliet, & vnde excessit, & vbi exuperat. Hæc sanè Hippocratis oratio est, quam mihi videtur Plato imitatus dicere illa quę paulo superius de quatuor elementis, nostri generatione, & de generali morborum modo, comprehensa sunt. Initium orationis hoc est. Quum enim quatuor sint genera ex quibus corpus compactum est, terra, ignis, aqua, & aër, exactius videtur atque etiam vtilius medico Hippocrates de his scripsisse. Etenim ex quatuor elementis corpus creatū esse dicitur, vocans omnino ea ab efficientibus qualitatibus: aliud siccum: aliud humidum: aliud calidum: aliud frigidū. Non tamen in illis sermonem de morbis habuit. virtute etenim sunt in corporibus: actu verò non sunt, verum ex ipsis procreata alimentorum interuentu, sanguis, pituita, flaua nigræque bilis. Igni sanè respondet flaua bilis: atra terræ: pituita aquæ. Ideoque calida & sicca facultate est flaua bilis, quemadmodum ignis, frigida autem atra & sicca, terræ consimiliter: pituita vero frigida & humida, quæ admodum aqua. At solum aëreum instrumentum in animantium corporibus propinquum suę ipsius naturæ videtur, & in respirationibus, & pulsibus: iam vero & in tremulis palpitantium modo affectibus, inflationibusq; & laxis tumoribus, item in flatibus appellatis. At moderata ex omnibus quatuor elementis temperies, exactum sanguinem produxit, satiūque est in humoribus dicere, quę Plato in elementis conscripsit. Verum Hippocrates præfatus, corpus hominis in se continet sanguinem, pituitam, bilem, flauam, & nigram: deinde ait, & propter hæc dolet, & sanū est. Dolet sanè, secundū magni morbi excellentiam in omnibus præter naturam ponitur: sanū est, secundum oppositionem eorum quę præter naturam omnia existunt. Postea rursus quomodo sanū est edocens, inquit, Sanū igitur est maximè, quū mediocriter hæc inuicē virtute & copia habuerint, & præsertim mixta sint. Quæ hæc: nō solum elementa nimirū, sed etiā quæ particulas corporis continuo opificio generant: sanguis, pituita, & vtraque bilis. Dolet autē ait, quū aliquid horū minus aut maius fuerit, aut in corpore separatū est, & non omnibus contemperatum. Quod Plato circumloquens dixit, Et ex loco proprio in alienū translatio. Verum hic, vt monui, aberrat, qui apposuerit ignis & aliorū: quoniam & genere plura vno existunt. Quippe hæc non transferuntur, locumq; in animan-

tium corporibus mutant, sed pituita, bilis vtraque, ipsæq; sanguis. nam & hic subinde in alienam perueniens sedem, letalium morborum causa efficitur. Quatenus igitur ampliora aut minora singula quæ nos componunt, efficiantur, morbi constituuntur, communis ratio est tum in humoribus, tum in elementis: in eo autem
5 quod secundum seipsum in vno corporis loco constiterit, non item similiter in vtriusq; oratio vera est. etenim humores manifestò videntur quacunq; in corporis particula existant, morbos efficientes: erysipelata & herpes, flaua bilis: cancri autem atra bilis: laxos tumores, œdemata vocant, pituita. Porro sanguis quum in pulmone & spatio inter thoracem & pulmonem laxo ex proprijs instrumentis
10 effusus constiterit, putrescens, tempore procedente tabem ex vomica perpetua venientem, quæ Græce φθόρα vel φθόη dicitur, quasi dicas corruptionem, efficit. Item in ventre & magnis vulneribus in grumum coalescens, extrema affert pericula. Terram vero nullibi per se videre est solam in corpore coaceruatam, quemadmodum neque ignem etiam per se solum, neque aquam elementum, sed qualdam
15 sanies, inuicem permixtis, tum aquoso elemento, tum igneo, quæ non modo non pura synceraque, sed etiam crassitiem feculentam assumpserint. Ita vero & flatulentus spiritus in animantibus generatur, aërea substantia humidum madorem assumente. Recte igitur Hippocrates in humoribus scripsit, separatos ab alijs, & in vna
20 quacunq; particula subsistentes, morborum fieri authores. Non recte autem Plato in elementis idem dixit. Sanè quomodo ex elementis similium & primorum corporum sanitas morbusque generetur, abunde & hæc sunt. Digrediamur autem ad subsequenter orationem in Timæo conscriptam, quam exponere cogitamus,
25 quæ hoc pacto habet. Ex secundis quoque compositionibus secundum naturam constitutis, secunda morborum consideratio id volenti cuique datur. Quum enim
30 medulla ex illis, & os, & caro, & nerui constiterint, præterea sanguis alio quidem modo, sed ex eisdem creatus sit, cæteri sanè euentus plurimi, quemadmodum superiora contingunt, maximi verò morbi ac grauissimi hoc pacto coincidunt. His
rursus Plato recte quidem dixit secundam omnium elementorum esse constitutionem medullæ, ossis, carnis, & nerui: (hæc enim ex humoribus qui primam habent
35 generationem, procreantur) haud recte autem cum ipsis enumeravit sanguinem primam non secundam constitutionem habere. Itaque videtur mihi & ipse ad notionem dissimilaritatis sanguinis ab his, perueniens, non simpliciter dicere. Quum enim medulla ex illis, & os, & caro, & nerui constiterint, præterea sanguis, adijcere
40 sermoni videtur, alio quidem modo, sed ex eisdem creatus est. Nam fatetur in his non ex eadem consistentia quatuor elementorum cum osse, medulla, carne, & neruo, sanguinem provenisse, vt qui prior ipsis existat, communem alijs humoribus generationem obtinens, ex quibus prima corpora constituuntur, medulla, caro, neruus, os, aliæque multa. Liber enim totus à me de simularium corporum differentia conscriptus est. At si quis Platonem interrogauerit, quidnam sit alius corporis generandi modus, quem obscure indicat, mirarer si alium quempiam præter
45 eum qui ab Hippocrate traditus est, posset dicere. Plenissime enim vir hic elaborauit ea quæ de humorum generatione, & differentia, & virtute disputantur. Item qui in qualibet regione, aut anni tempore, aut ætate, aut corporis habitu excellit. Non tamè necessarium erat Platoni, hæc similiter Hippocrati pertractare omnia: quemadmodum neque Hippocrati quærere cur albus quidem pituitæ humor, ruber

autem sanguinis, aut flauus amaræ bilis, aut niger acidæ. Etenim occasiones horū inuentionis ipse præstitit, sicuti quū ex linguæ coloribus nigras corporis dispositiones cognoscit, dicens ipsas ex adustione fuliginosa oriri. Quemadmodum enim extrinsecus fuligo in lucernis, facibus, alijsque plerisque pinguibus generari solet, ita etiam in animantium corporibus frequenter humoribus supra modum adustis, & præsertim pinguibus, simile quippiā fuligini gignit. Quod sanè pituita alba appareat, eo quòd in generatione ipsius exiguæ multæ bullæ excitatur, Hippocrates dicere aulus non est, ceu maioris iam naturæ contemplationis sit, quàm ad artem medicam pertineat. Verum Plato & hoc exposuit, & de sanguinis colore in eodem libro percensuit: quæ nunc mihi scribere non est necessarium. Præstat enim, ut nonnulli amicorum censent, interpretationes medicinalium, quæ in Timæo comprehensæ sunt, alio in loco aggredi. Quippe in alios multi commentarios scripserunt, ac nonnulli ipsorum prolixius quàm par est, in hæc autem pauci, neque hi rectè scripserunt. Abunde igitur in præsentia est, tantum dicere, quòd Plato quatuor humoribus plurimos morbos, similiter Hippocrati, tãquam authoribus tribuit, ac de singulis ipsis ad calcem libri conscripsit. Initia verborum tibi apponam, quòd in memoriam reuoces. Itaque de vtriusque bilis differentia hæc ascripsisse sufficiet. Portio itaque carnis vetustissima vbi colliquescit, ad concoctionem contumax, præ multa adustione nigrescit. Quia vero vndequaque erosa est, penitusque exesa, quum amara existat, omnibus corporis particulis nondum corruptis, molesta grauisque incidit, & tunc quidem loco amaritudinis, maxime acidum nigrum colorem obtinent, eo quòd amarum fuit, magis extenuato. Tunc vero amaritudo rursus sanguine tincta, colorem habet rubriorem, nigro autem huic temperato, felleum. Præterea flauus color cum amaritudine miscetur, quando noua caro ab igne, qui circa flammam est, colliquescit, & non men quidem omnibus his commune, quam nonnulli medicorū bilem nuncuparunt, vel etiam aliquis qui multa & dissimilia possit dispicere, ac genus vnū in ipsis videre, quòd omnibus cognomento dignum sit. Quæ vero aliæ bilis species dicuntur, præter colorem, ratione singulis ipsarū propriam obtinent. Hæc igitur à Platone scripta sunt de vtriusque bilis differentia, qui omnes eadem generari velit, quæ ad modum Hippocrates dixit, ex caloris excessu. At de morbis qui ex bile fiunt, Plato sermonem instituens, hoc pacto orditur. Quæ autem inflammari dicuntur in corpore, propter vstionem incendiūmq; bilis omnia fiunt. Quinetiā de pituita hoc modo incipit. Pituita acida atque salia, fons omnium morborum est, qui destillatione creantur. Ac de atra bile, tum alia quædam, tum hæc tradit. Sanies quidem, sanguinis serum, mitis est: atræ vero bilis, acida & fera. Verū non solus Plato, sed etiā Aristoteles & Theophrastus, alijsq; Platonis & Aristotelis discipuli, qui sermonem Hippocratis de humoribus imitati sunt: quæadmodum & veterū medicorū probatissimi, Diocles, Plistonius, Mnesitheus, Praxagoras, Philotimus, Herophilus. Erasistratus autē cū Cois cōtédere notus est, ut alibi ostēdimus, nō veri studiosus, eoque veritus pronūciare calidū, aut frigidū, aut humidū, aut siccū, aliquem humorē. At Hippocrates in libro de natura humana, præter alia, etiā ordinem disciplinæ melius Platone effecit. Quòd enim quatuor humores secundū naturam sint, demonstrauit, id quòd Plato facere ne aggressus quidem est. Itē quòd in anni temporibus, alius in alio redundat. Apponam autem tibi etiam de hoc pauca ipsius verba.

„ Affirmaui quęcunque hominem esse dixeris, hæc semper apparere & secundum
 „ legem, & secundum naturam. Ideo autem esse sanguinem, pituitam, bilem flauā,
 „ & nigram. Horum primum secundum legē nomina distingui pronuncio, & nul-
 „ li ipsorum idem nomen. Deinde secundum naturam species separari, & neque pi-
 5 tuitam vllam similem esse sanguini, neque sanguinem bili, neque bilem pituitæ.
 „ Quomodo enim similia hæc essent inuicem, quæ nec colore ad visum, nec substā-
 „ tia ad tactum similia esse videntur: neque enim calida similiter sunt, neque frigida,
 „ neque sicca, neque humida. Quare necesse est, quoniam tantum inter se differūt,
 „ specie & facultate non vnum ipsa esse. Siquidem non ignis & aqua idem sunt. Co-
 10 gnosces autem quod non vnum omnia hæc sint, sed singula vim habeant & natu-
 „ ram propriam, hac ratione. Si enim alicui homini dederis medicamentum quod
 „ pituitam educit, euomet tibi ipituitam: & si exhibeas medicamentum quod bilem
 „ purgat, euomet tibi bilem. Pari modo & atram bilem purgat, si dederis medica-
 „ mentum quod atram bilem elicit. Ac si vulneraueris rursus corporis particulam
 15 aliquam, vt vlcus fiat, profluēt inde sanguis. Atque hæc omnia fient quouis die ac
 „ nocte, hyeme & vere, vsq; dum possit spiritum ad se attrahere, & rursus emittere,
 „ donec aliquo horum connatorum destituatur. Connata autem sunt hæc prædi-
 „ cta. quomodo enim non connata sint? Primum siquidem homo hæc omnia sem-
 „ per, quoad vita fruitur, in se cōtinet. Deinde facta sunt ex hominē, omnia hæc pos-
 20 sidente. Post nutrita sunt in homine, omnia hæc obtinente, quę ego & dico, & de-
 „ monstro. His Hippocrates quatuor humores secundum naturam in nobis esse
 demonstrauit, & non, sicut nonnulli putant, solum sanguinem. Item ex superfluo
 rursus corripit in subsequētibus eos qui vnum aliquod horum hominem esse tu-
 entur, vt etiam superius cōprehensis coarguit eos qui vnum elementum genera-
 25 tioni & corruptelę subiacentium esse dictitabant: de quorum demonstratione, vt
 dixi, tractatū à me in illo libro est, qui de elementis secundum Hippocratem in-
 scriptus est. Atque hunc totum sermonem Plato omisit: Hippocrates autem, vt
 prædixi, in ijs quæ superius cōprehensam orationē sequūtur, percensuit. Sufficiēt
 „ autē mihi solum ipsius initiū ascribere, quod hunc in modū sonat. Qui hominē
 30 vnū esse dicunt, videntur mihi ita sentire, quod ex ijs qui assumptis medicamētis
 „ in purgationibus perierint, alios bilem vomere, alios pituitam, conspicati, puta-
 „ uerint vnumquodq; id esse hominē, quod eū qui purgaretur morientem reijcere
 „ viderent. Itē qui sanguinē esse hominē pronunciarunt, eiusdē sunt sententiæ. nā
 „ conspicientes in hominibus qui iugulantur, sanguinē ex corpore effluere, hunc a-
 35 nimā esse censent, ac testimonijs his vtuntur inter disputādū. Hæc præfatus Hip-
 pocrates, deinde opinionē ita existimantiū reprehendit. quæ si quis omnia volet
 legere, in libro de natura hominis ei licebit. Nā cōmentarius in omniū hominū
 manibus versatur. Ego verò prolixitati parcens, ad ea quæ disputationi propria
 sunt, me conuertā. Nā quū astruxisset quatuor humores nobis esse secūdū naturā,
 40 excedentes autē quantitate, & alteratos qualitate, morborū fieri authores, postea
 ostendit in hyeme pituitā redundare: vere sanguinem: æstate flauā bilē: autumnō
 „ nigrā. Satius autē est, totā ipsius seriē subiungere, quę ita ad verbū sonat. Augescit
 „ in homine pituita per hyemē. hæc enim hyeme secundum naturā præsertim eo-
 „ rum quæ in corpore sunt, frigidissima est. Indicia horū sunt, nempe pituitæ frigi-
 45 dissimæ, quod si pituitā, bilē, & sanguinē voles attingere, pituitam reperies frigidis

„ simam, etsi viscosissima sit, & vi potissimum post atram bilem agatur. Quæ autē
 „ vi eunt, calidiora redduntur à vi coacta. Attamen etiã ad hæc omnia, frigidissima
 „ ex sua natura esse pituita apparet. Porro quòd hyems pituita corpus replet, hinc
 „ cognoueris. homines spuunt reijciuntque per nares pituitosissima hyeme. Item
 „ laxi tumores albi (œdemata dicuntur) potissimum in hoc anni tempore proue- 5
 „ niunt, alijque morbi pituitosi. Vere autem adhuc valida quidem pituita in corpo-
 „ re existit, & sanguis augetur, nam frigora remittunt, & aquæ superueniunt: san- 10
 „ guis autem augetur à pluuijs, & diebus calidis. nam secundum naturam ipsi hæc
 „ ex anno potissimum insunt: quippe humidum est & calidum. id quod sic cognosces.
 „ Vere homines & æstate potissimum à dysenterijs corripuntur: ex naribus san- 15
 „ guis profluit: calidissimi ipsi sunt, & rubicundi: æstate sanguis inualefcit adhuc, &
 „ bilis in corpore attollitur, produciturque in autumnum. At in eo sanguis quidem
 „ paucus generatur. Contrarius enim ipsius naturæ autumnus est: bilis autē æstate
 „ & autumnno corpus occupat. id quod hinc discere licet. Homines sua sponte hoc
 „ anni tempore bilem vomunt, & in medicamentorum purgationibus biliosissima 20
 „ purgantur. Constat autem & febribus, & hominum coloribus. Pituita verò æstate
 „ imbecillima est, ipsa sui ratione. Contrarium enim ipsius naturæ anni tempus est
 „ siccum & calidum. Sanguis porro per autumnum paucissimus est in homine, quo-
 „ niam siccus est autumnus, & refrigerare iam hominem incipit. At atra bilis in au-
 „ tumno plurima valentissimaque est. Quum vero hyems inuadit, bilis refrigerascens 25
 „ pauca gignitur, & pituita rursus augetur, tum à pluuiarum copia, tum à noctium
 „ prolixitate. Hæc igitur omnia semper corpus humanum occupant. At ab anni
 „ tempore consistente, interim plura ipsa quam prius gignuntur, interim paucio-
 „ ra singula particulatim, & secundum naturam. Sic enim annus particeps est om- 30
 „ nium, & calidorum, & frigidorum, & siccorum, & humidorum, quia nullum ex
 „ his vlllo tempore manserit, sine omnibus quæ hoc in mundo insunt. At si vnum
 „ aliquod deficiat, omnia abolebuntur. Etenim ab ipsa necessitate omnia constituta
 „ sunt, & nutriuntur inuicem. Sic autem etiam si quid ex homine deficiat horum
 „ connatorum, homo non poterit viuere. Porro in anno tunc quidem hyems in-
 „ ualefcit maxime, tunc autem ver, tunc æstas, tunc autumnus. Ita etiam in homine 35
 „ tunc sane pituita inualefcit, tunc autem sanguis, tunc bilis: primū quidem flaua,
 „ deinde nigra dicta. Testimoniū huius manifestissimum est si voles eidem homini
 „ idem medicamentū quater in anno exhibere, euomet quidē hyeme pituitosiora,
 „ vere humidiora, æstate biliosissima, autumnno nigerrima. Hæc de anni temporū
 „ differentia locutus Hippocrates, docuit in ipsis virtute etiam de ætatibus & regio- 40
 „ nibus. semper enim in omnibus quibus sermonē quencūq; recēset, iubet inspicere
 „ anni tempus, regionē, ætatem: & quod in vno horū intelligis, id vult te etiam ad
 „ reliqua duo iuxta similitudinē transferre. Similiter etiam ex regionibus tēperata
 „ veri respondet: calida æstati: inæqualis calore & frigiditate, sed redundans tamen
 „ frigiditate & siccitate, autūno: humida & frigida, hyemi. Hæc itaq; quū docuisset, 45
 „ & præterea quòd contraria contrariorum sunt remedia, artis methodi elementa
 „ tradidit. postea vbi ea quæ in aphorismis sunt pertractasset, de exuperantibus in
 „ vnoquoque anni tempore & ætate morbis, veluti comprehensiones elementorū
 „ commemorauit. Asscribā tibi etiam orationem ipsius, quæ ad verbum sic habet,
 „ Morbi omnes quidem temporibus anni accidunt, sed nonnulli magis certis qui- 46

„ busdā & oriūtur & iritātur. Vere quidē melācholici, insania, comitiales, sanguinis
 „ pfluores, anginē, grauedines, raucedines, tussēs, lepra, ipetigines, vitiligines, dictæ
 „ ἀλαφία, pustulę vlcerosę plurimę, tubercula dicta phymata, articularū dolores. Aesta
 „ te nonnulli ex his, febres cōtinuę & ardētes, tertianę, & quartanę, vomitiones, alui
 5 profluuia, lippitudines, auriū dolores, oris vlcera, genitaliū putredines, & sudami-
 „ na. Autūno magna pars ęstiuorū, atq; etiā febres quartanę & erroneę, lienes, aqua
 „ subter cutē, tabes, stillicidia vrinę, leuitates ītestinorū, & tormina, anginę, sūspiria,
 „ ilei cruciatus, insania, & melācholia. Hyeme pleuritides, peripneumonia, grauedi-
 „ nes, lethargi, raucedines, tussēs, dolores pectorū, laterū, lūborū, dolores capitis, ver-
 10 tiginēs, apoplexię. Hęc de anni tēporibus Hippocrates persecutus, deinceps de
 „ ętatibus ita scribit. Per ętates hęc accidūt paruis & recēs natis puerulis, vlcera oris,
 „ vomitus, tussēs, vigilię, pauores, inflāmationes vmbilici, auriū humiditates. Paulo
 „ ętate progredientibus quū dentire incipiunt, gingiuarū prurigines, febres, cōuul-
 „ siones, alui fluores, maxime quū caninos ędūt, & ijs potillimū pueris qui corpus
 15 lentissimi sunt, & aluos habēt astrictas. Adultioribus iam, tōsillę, vertebrę in occi-
 „ pitio sitæ luxatio in partē interiorē, sūspiria, calculi, lūbrici teretes, ascarides, ver-
 „ rucę, satyriasis, strumę, vrinę stillicidia, aliąq; tubercula. Prouectiorib⁹ adhuc & iā
 „ puberibus magna horū pars accidit, atq; etiā febres diutinę potius, & sanguinis ę
 „ naribus profusiones. Plurimi verò affectus puerorū indicātur aut intra quadrage-
 20 simū diē, aut intra septimū mēsem, aut intra septimū annū, aut quū ad pubertatē
 „ itur. Qui aut perdurarint, nec solui potuerint pubescēti, aut fœminę quū mēstrua
 „ erupūt, eis cōlenescere assolēt. Iuuenib⁹ sāguinis excreatiōes, tabes, febres acute, co-
 „ mitiales, & reliq; morbi, sed pęcipue quos enumerauī. Qui hęc ętatē excesserūt,
 „ pleuritides, peripneumonię, lethargi, phrenitides, ardores, alui fluores, cholere,
 25 difficultates ītestinorū, hēmorrhoides. Majoribus natu difficultates spirādi, destil-
 „ lationes ad tussim aptę, stillicidia vrinę, difficultates vrinę, articularū dolores, ne-
 „ phritides, vertiginēs, apoplexię, mali habitus, aspredines totius corporis, vigilię,
 „ alui, oculorū, & nariū humiditates, lippitudines oculorū, glaucomata, auriū gra-
 „ uitates. Hūc ordinē discipline Platonē fecisse oportebat potius. Siqdē philosopho
 30 cōuenit & methodo & disciplina etiā magis q̄ medicis vti: sed forte nō potuit de
 „ eiusmodi, quę experiētiā requirūt, exacte tractare, vt q̄ nō verlatus sit in medicinę
 „ operibus: atq; hoc nomine laudare ipsum oportet, quòd ne aggressus quidē sit di-
 „ cere de ijs quę exacte nō pernouerat, verū illa poterat ab ipsa rerū natura didicisse,
 „ quę in aphorismis in hūc modū dicta sunt. Per tēpora anni pueri, & q̄ ętate his p-
 35 ximi sunt, vere, atq; prima ęstate optime degūt: senes ęstate & autūno aliquādiu,
 „ reliquo autūni tēpore & hyeme qui media sunt ętate, melius valēt. Proinde hęc de
 „ cōmemoratis ętatibus ī seipso, & cōętaneis & cōiūctoribus aliquis potest exgrere
 „ ętate iā pcedēs, vt cōsentaneū erat Platonē pcedere, quū Timēū cōscriberet. Itaq;
 „ de his ipsis disquisitionē neglexit, magisq; adhuc eorū quę Hippocrates cōscripsit
 40 de morbis qui in singulis & ętatibus, & anni tēporibus regnāt. Itaq; corpus ignis
 „ excessu potillimū laborās, cōtinuos ęstus & febres efficit: quod aēris excessu, quoti-
 „ dianas: aquę, tertianas, eo q̄ aqua segnior sit q̄ ignis & aer. terrę aut elemētū quartū
 „ quū sit horū tardissimū, quadruplici temporis circuitu purgatū, quartanas febres
 „ molitū, vix discedit. In hac oratiōe ī cōmunibus oīm corporū elemētis errauit, q̄
 45 nō ī sāguineis animātib⁹ febriū circuitu remeātiū causā tradiderit. Sati⁹ em̄ erat q̄

etiam ostendere possumus in corpore regnare, his mederi: deinde quoniam ad veram quotidianarum tertianarumque febrium ne prope quidem accessit. Apparet enim euidenter in quotidianis pituitolus superare humor, qui humidus est & frigidus: in tertianis flavae bilis, & hic rursus calidus & siccus. Quare in hac dicendum erat ignis elementum superare, in quotidiana aquae, quemadmodum in quartanis humorē 5 quidem atram bilem, elementum vero terram. Porro qui singulorumque dicta sunt naturam exacte volet condiscere, in commentarijs, tum de crisi bus, tum de febrium differentia, elaboratam disputationem habet. Ego autem non consuevi frequenter de eisdem eadem scribere, verum semel, vel etiam bis nonnunquam demonstrationem interpretatus, in alijs 10 libris conclusionem demonstrationis utor: quemadmodum etiam de eo quod tria sint principia facultatum corpus nostrum regentium, quum semel in primis huius operis libris demonstrassem, in alijs omnibus ex parato summo, solum in memoriam reducens nonnullis ut monstratum est: atque in praesentia abunde est tantum repetere de ijs 15 quae illic ostensa sunt, nepe febres acutissimas ardentissimamque ex flava bile generari, & ex genere ardentium febrium tertianam quoque existere. Porro explicata in illis causa est, cur non sit continua, quemadmodum ardens (causos dicta) sed interpolata fiat. Haec igitur Plato non accuratè nouit ex Hippocratis arte, etsi conaretur virum 20 sequi. Etenim quod ampullae assumptae quae sigillatim propter paruitatem videri non possunt, iunctae autem simul, & in molem excitatae, visibilem generant huiusmodi humorem, ex bona ratione simile est, & probabile. Quod autem ex colliquata 25 tenera carne pituita nonnunquam fiat, absurdissimum, nisi quis Prodicus nomen immutans, picrocholom, hoc est amarae bilis humorē, phlegma, hoc est pituitam, eo quod sentiat appellationem ei identam esse à Graeco verbo περιέχθαι, quod est incensum esse. Verum 30 Plato ipse huiusmodi bilis humorem calidissimum esse pernouit, in quibus ait: Quae autem corporis partes incendi dicuntur, à bilis aestu & flamma omnes infestantur. Et post haec deinceps. Quae quum respirat extrinsecus, omnigenas phymatum id est tuberculorum species feruens emittit: intus autem cohibita, igneos morbos 35 plurimos procreat. Constat itaque Platonem consueta picrocholi tumoris appellatione uti, qui in totum flauus colore est, pallidus autem nonnunquam efficitur, ubi copiosam humiditatem serosam assumpserit. Quinetiam ex eo ipso quod apposuerit, flamma, ob coloris nomen, certum est non in appellatione errasse ipsum, sicuti Prodicum, sed in naturae humoris cognitione. Dicit autem de eo hunc in 40 modum. Rursus tenerae recentisque carnis portio quaedam cum aere colliquescit: haec autem ubi exanguis reddita fuerit, & circumprehensa ab humiditate, & ampullae ex hoc affectu constitutae sigillatim propter paruitatem inuisibiles, uniuersae autem in mole coeutes, visibilem colorem habeant, ob spumae generationem aspectu albam, hanc omnem carnis 45 tenerae colliquationem cum spiritu implicatam, albam esse pituitam dicimus. Ac non multo post rursus sic de eadem scribit. Alba vero pituita propter ampullarum spiritum difficilis intus inclusa, ad exteriorem cutem respirans, mitior quidem, sed corpus albis vitiliginibus inficit, & harum vicinos morbos procreat. In hac sane oratione probe de affectibus pronunciauit, qui à pituita oriuntur. Quum autem scriberet prius omnem tenerae carnis colliquationem cum spiritu iunctam, albam esse pituitam dicimus, non rectè. Quippe ostensum est quomodo pituita ex alimento natura frigidiore, minus quam par est ab insito calore elaborato, generetur. Est 50 item crassior colliquatio haec pallidae bilis, & graueolentiam, nonnullamque viscositatem

subinde, & pinguedinem in se continet. Hæc sanè abunde ad præsens institutum de humoribus cognita sunt, si interpretaturi sumus, vt nonnulli amicorum censent, ea quæ in Timeo medice dicta sunt: ac reliquæ sanè libri orationes summatim compendij gratia explicabuntur, in quibus inter se viri cõsentiunt, & in quibus discordant, vberiusq; in futura expositione iterum dicetur. Quum itaq; Hippocrates tradit semper insitum calidum omnium naturæ operum esse efficacissimum, Plato non calidum, sed ignem nominat, videamus quomodo animantium corpora ab eo gubernari pronunciet. Omne animal in sanguine & venis caliditatem ipsius prorsus obtinet, ceu in seipso fontem quædam ignis. itaq; omnia probè dixit. Non enim ex attritu arteriarum, spiritus calor in animantium corporibus generatur, sicuti foris in lapidibus & lignis, sed contrà ab innato calore motus ipsorum fiunt. Quum igitur corpus perfrigeratum est algore, aut medicamento, aut nullo aliorum quæ in ipso sunt alterato, cessant quidem protinus arteriarum motus, itè in nervis & musculis. non igitur ignis fontem, sed potius insiti caloris, præstiterat dixisse in corporibus nostris, quæadmodum Hippocrates semper nominat. Si enim ab igne ciborum fit cõcoctio, distributio, sanguificatio, & nutritio: melius vtiq; in febricitantibus acutè, hæc perfici videretur. Sed insitus calor temperatus est, substantia quidè in sanguine & pituita consistens potissimum: qualitate autè mixtus temperate ex caliditate & frigiditate. Tutius igitur Hippocrates dixit. Qui increscunt, plurimum innati caloris obtinent: itaq; plurimo cibo indigēt: alioqui corpus absumitur. Senibus vero parum caloris inest, & ob eam rem paucis egent fomitibus, quippe quia multis oppressi extinguantur. Hinc etiã febres nõ eque acutè senibus accidunt. corpus enim eorum frigidum est. Hac igitur ratione etiã in libro de natura hominis, prima ætate hominè calidissimum esse sui ratione retulit, sicuti frigidissimum in extrema senectâ. nõ simpliciter calidissimum, quæadmodum in ardētibus febribus, sed insito calore calidissimum esse diximus puerulum substantia, nuper natum. Propterea igitur in aphorismis primum quidem scripsit. Qui increscunt, plurimum habent caloris innati. Sed hunc iã prius citavi aphorismum. Alia vero quæ ipsi consentiunt, ad verbum sic tradit. Vætes hyeme & vere natura calidissimi sunt, & somni longissimi. Itaq; p̄ ea tẽpora cibi liberalius dari debet. Caloris enim natiui copia magna inest, vt cibus proinde plenior requiratur. argumento ætates sunt, & athlete. Insitum calorem hyeme esse copiosissimum tradidit, cuius ascititius æstate abundat. Verum in sententia hoc sermone explicanda immorari diutius nõ oportet, quum aphorismos cõmētarijs septem exposuerim: aliud verò librum aduersus Quinti discipulum Lycum conscripserim, qui quum nõ cõsiderasset cuiusmodi insitum calorem vellet, aphorismis nuper cõprehensis cõtradixit. In præsentia igitur sufficiet Platonis verba apponere, quæ in Timeo de animæ distributione disputas cõscripsit. Ordinet ea hoc pacto. Hinc verò aqueductum hoc modo deduxerunt, quæ facilius perspiciem, si hoc iter nos primum cõueniat, nepe quæcunq; ex minutioribus cõponunt, ea maiora tegunt: quæ verò ex gradioribus, minutiora nõ possunt. Ignis autè præ ceteris oibus minutissimis cõstat particulis: ideòq; aquam, aërem, terram, & quæ ex his cõponuntur omnia, penetrat, vsq; adeo vt nihil ipsum valeat cohibere. Idè quoq; de nostro ventre cogitandum est: quippe cibus & potus ingestos retinet: spiritum vero & ignem, quum ij cõsistentia tenuissimi sint, cohibere nõ potest. His igitur vltus est deus ad irrigationem ex ventre in venas pficiendam. quare reticulum ex aëre & igne istar gibbosæ lagenæ cõtexit. ideo aere & igne vti naturam ad

cibi concoctionē, sanguificationem & distributionem rectē dictū est. Rete autē ex ipsis factū esse, & non per tota temperamentum, minus laudo, sicuti nec quod ignē nominet ipse, quum liceat, vt Hippocrates ait, inlitū calorē. sed videtur ita appellare, vt nos admoneat, propter ignis mixturā in alijs elementis calorē corporis foras ex alto efferri. Apparet nonnunquā etiā ignis nomen ad calidi appellationē
 „ transsumere, veluti & in hac oratione. Calorem sanē secundū naturā putandū est
 „ in regionē suā extra id quod sibi cōnatū est, emanare. His consentiunt hęc quoq;.
 „ Et ob hāc rationē per totū omniū animalīū corpus, alimēti liquores ita intluxiles
 „ euaserūt, recēs icisi, & à cognatis suis ablati, partī fructibus, partī germinibus, quę
 „ deus alimoniā corporis nostri pduxit. Colores quidē ppter cōmitionē omni- 10
 „ nos obtinent, sed rubēs color plurimus in his præualet, cuius natura ex ignis por-
 „ tione & absterfione in humido facta prouenit. ppterea eius quod in totū corpus
 „ permanet, color, talis aspectus est, qualē diximus, quod etiā sanguinē appellam⁹.
 Rubrum colorem generari dicit in sanguine, propter ignis absterfionē, quod est
 veluti insinuatio siue qualitatis virtutisq;. Quare ex ignei elementi & humiditatis 15
 suscipientis id temperamento, generari sanguinē affirmat. Quū autē humiditas
 non exacta aquę sit, sed terrestre etiā aliquid obtineat, vt crassities eius innuit, ex om-
 nibus sanguis procreatus est, assumēs necessario substātix aēreę quoq; nō nihil,
 vt alibi ostēsum est. Apparet autē & in his Plato Hippocratē sequi. nā inlitū calorē
 authorē esse pronunciat ciborū in ventriculo cōcoctionis, & inde in iecur venalq; 20
 distributionis, præterea vt sanguis fiat, & in totū corpus feratur, concoquatūque.
 Sed in opinione de respiratione, ipse secū non mediocriter dissentit. Primū sanē
 quod per respirationē potius causam dicat, quā respirationis, deīde neq; huius
 inculpatę. tollit enim attractionē, qua ad multa naturę opera Hippocrates utitur,
 cōq; coactus est actionū nōnullas, quę nō citra attractionē fiūt, ad circuitū referre. 25
 Quale igitur attractio sit, licet tibi cōdiscere, canalis altero orificio in aquā demis-
 so, altero labris cōprehēso. Trahentē nāq; & sugētē labris aērē ex canaliculo, aqua
 subsequē. Ita etiā infantes labris impositis ex papillis lac extrahūt, & vasculis an-
 gusti oris, bōbylijs dictis, liquorē in ipsis cōprehēsum: imò etiā fabrorū folles quū
 attollūtur, exteriorē aērē per canales ipsis annexos trahunt, eleuationē expleturi. 30
 Similiter & animātibus thorax eleuatus per asperā arteriā necessario externū aērē
 in os attrahit: paulopost contractus in expirationibus extūdit. Hoc sanē opus in
 secundo de musculorū motu, ostēsum est arbitrarium: alterū verò, quod vocatur
 pulsus, à corde & arterijs fit, eleuatione quidē per arteriarū ora in cutē pertinentia,
 quę externū aērē in corpus trahūt, triplicis vltus gratia, refrigerij, euētilationis, & 35
 spiritus animalis generationis: contractione verò, dū arterię extendunt quicquid
 fuliginosum fumosumve ex humoribus in ipsis procreatū est. verū de respiratione
 in cōmētario de vsu respirationis demonstratū est. Quod autē thorax eleuatus ex-
 ternū aērē trahit, in cōmētarijs de thoracis & pulmonis motu agitatū est. Qui rur-
 sus ipsos attollāt musculi, aut qui submittāt, in libris de respirationis causis ostēdi. 40
 Ceterū nerui singulos hos musculos mouētes, omnes ex spinali medulla processē-
 rūt, nō me authore solū, sed etiā omnibus anatomicis. Ipsa vero spinalis medulla
 ex cerebro oritur: quare illius per mediā spinalē medullā nerui, arbitrariū motum
 thoracis musculis cōmunicant, à quibus eleuatus externū aērē per fauces & aspe-
 ram arteriam in pulmonem attrahit: contractus autē, per eadem exprimit. Itaque 45

Platonis secundum Hippocratem

*Arterias autem de corde
trahunt*

Plato peccauit, qui Hippocratē ſequi noluerit in libro de natura hominis ita ſcri-
 20 bentē. Atq; hæc fient tibi omnia, omni die & nocte, hyeme & æſtate, quouſq; ſpi-
 20 ritum in te ipſo poſſis attrahere, & rurſus emittere. Trahit itaq; in ſe externū aērē
 20 homo per os in pulmonē, per cutim in arterias. Remittit autē rurſus per quas vias
 5 accepit. quapropter altera actionum reſpiratione vocatur: perſpiratus autem, qui per
 cutē fit. Quas vtrāſq; quū in vnū Plato congregaſſet, neq; cōmiſſas inuicē, neq;
 ab vna facultate factas, vt oſtenſum eſt, cōmentarijs quos nuper citavi, ſermonem
 20 de reſpiratione in Timæo compoſuit, qui ad verbū ita ſonat. Sed videamus iterū
 20 quibus cauſis reſpiratione hunc in modū, quē nunc cernimus, fuerit inſtituta: cuius
 20 quidem rei talis erit conſideratio, quoniā vacuū nuſq̄ eſt, quo quicq̄ eorū quę per-
 20 feruntur, ingredi queat: ſpiritus autē in nobis euolat: cuius conſtat nō in vacuū
 20 quidē hunc ſpiritū euolare, ſed proximū ſibi è ſua ſede depellere, depulſum rurſus
 20 illū proximū ſibi ſemper extrudere, ac ſecūdū neceſſitatē huiuſmodi, quicquid in
 20 ſedem illā reſpercutitur atq; impellitur, vnde excluſus eſt ſpiritus, ingreſſum illuc,
 25 replenſq; ipſam, ſpiritū comitatur, idq; totū ſimul reuolutione quadā, quia nuſq̄
 20 ſit vacuū, efficitur. Quāobrem quū pectus pulmonēſq; ſpiritū efflauerint, mox aère
 20 corpori circumfuſo, is intro per rariores carnes ſubiens, circumactūſque repletur.
 20 Rurſus autē auerſus aēr, & per corpus foras emanans, reſpirationē intro retrahit
 20 per oris nariūmq; tranſitū. Rotę circunuolutionē nō ſimplicē cōſiderare cōuenit,
 20 ſed ex contrarijs cōpoſitā motibus, quando ſanè ad cutē natiuus calor eruperit,
 20 externo aère in corpus per os impulſo adactōq;: quādo autem rurſus per os foras
 20 eruperit, aère nobis circūfluo per cutē in corpus impulſo, vt actio quidē ſit per na-
 20 turā noſtrā expiratione & perſpiratione, affectus autē inſpiratione, nō ſolū quæ per os ſit,
 20 ſed etiam quę per cutē. neq; altera ipſarū Plato vtitur ad arbitriū noſtrū, etſi ma-
 25 niſteſtò í nobis ſit citius, tardius, minus, magis & frequētius inſpirare & expirare.
 Præterea ſermo Platonis coarguit, & quòd poſt arteriarū ſubmiſſionē, oportebat
 ſtatim inſpirationē fieri, poſt expirationē, protinus arteriarū eleuationē. Verū hoc
 ita accidere nō videtur. At ſi velimus lōgiori tēpore reſpirationē cohibere, ſtatim
 arterię cū corde mouentur. Quinetiā eleuātur inſpirātibus nōnunq̄, contrahūtur
 30 expirantibus, & in vnus reſpirationis tēpore ſepties aut octies aut etiā decies cor
 cū arterijs apparet eleuari, ſubmittique. Verū & impulſionis ratio abſurda eſt. nā
 ab expiratione aērem intro rurſus per cutē compulſum ferri, non neceſſariū eſt.
 Quippe quum expiratione contractionem reſpirantiū instrumentorū ſequatur, illā
 contractionē ſubſequens aēr nobis circumfuſus, locum præbet ei quod expiratur.
 35 Porrò quòd & alia quę tractionē è medio tollēs Plato dixerit, abſurde ſit aggreſ-
 ſus, in expoſitione ipſorū dicetur. Nūc enim abunde eſt oſtendiſſe ſolū in quibus
 conſentiat diſcordētque cū Hippocrate. Apponamus igitur ei & reliqua. nam in
 ſermone de vſu reſpirationis, Plato videtur Hippocratē imitari, qui inſpirationē
 vult natiui caloris refrigerādi gratia fieri, expirationē verò vt fuliginōſa recremēta
 40 effundantur, perſpirētq;. In qua autē oratione hæc docet, etiā percēſuit quomo-
 do potus in pulmonē feratur. Verba ipſius hæc ſunt. Quū vero cognoſcerēt cor-
 dis ſaltu in malorum expectatione & iracūdię æſtu, quòd eiufmodi omnis diſpo-
 ſitio irascentium per ignem futura ſit, ſubſidium ipſi molientes, pulmonis ſpe-
 45 ſtulas intus ſpongiæ modo foraminofas habentem, vt ſpiritum potūmq;

excipiens, refrigerium respiratione & refocillationem in æstu exhibeat. Si igitur Plato autumat omnē nos potum in pulmonem haurire, iure damnatur manifestissimæ rei incūsus. Si autem partem aliquā potus per asperam arteriam adactā in pulmonem deferri censet, dicit aliquid eorum quæ fieri possunt, similiterq; alijs placitis, de quibus inter se & medici & philosophi discordant. Non idem autē est mendacium aliquod dicere, aut ridiculum, quoniam & ipsum Erasistratum ostēdimus, tum in libro de vſu respirationis, tū de pulſuum vſu simul & generatione, præterea deglutitionis concoctionisque, errasse, sed non ipsum derisimus, quoniā nō quodlibet mendacium statim est etiam ridiculum. Itē nec quia de inflammationis generatione, & febris dignotione in libris de missione sanguinis per venas, alijsque nonnullis medicatorijs disputationibus aberrasse ostēsus est. Quinetiam ipsius lēctatorum aliquis sermonem inuertens, Nos, inquit, in his non Erasistratū fallū esse, non tamen neque nos illum derisimus, neque ille nos. Nam quum dogmata obscura sunt, & fide quæ verbis fit, alijs probabilia, alijs improbabilia vidētur, vt opinantibus verū esse assentiri, culpa vacat, ita etiam concedere alijs vt ipsis contradicant. At cōuitiari & deridere tanquā stultum, de quo dogmatice ambigitur, temerarium: cuiusmodi est, & non nihil potus in pulmonem confluere, & per fauces & per asperam arteriam non confarctim, neque per mediam spatij laxitatem instrumenti delatum, sed circa tunicam roris modo defluens. Hoc igitur verū ne sit an fallū, paulo post considerabimus. At ridiculum reuera sermonem, quod non in ventrem per stomachū potus tendat, sed in pulmonē per arteriā totus, nulquā Plato dixit. nā in ipſo hoc libro, quo commemoratā de potu orationem scripsit, potum quemadmodū cibos in ventrem deferri pronūciauit, idq; non semel, sed admodum frequenter, vt licet ex verbis ipsius tibi condiscere: primis quidē his post quatuor primos verius cōprehensē ab eo sententię conscrip-
 „ ptis. Eam animæ partem, quę cibū & potū concupiscit, & reliqua, quibus propter
 „ corporis naturā indiget, media inter præcordia & vmbilici terminū regione collo-
 „ carunt. Non in corde & pulmone cibi potūsque appetitoriā, sed infra septū tranſ-
 „ uersum esse tuetur. Præcordia enim, quas hoc loco phrenas Græci dicūt, non hic
 „ solus, sed etiam alij veteres septum transuersum appellarunt. Ceterū infra hæc præ-
 „ cordia & venter situs est, & intestina, & iecur ipsum, de quo nūc est mētio. Quin-
 „ etiā paulo post rursus inquit. Cognoscebāt profecto generis nostri fabricatores,
 „ nos ad cibum potūmq; fore intemperatos, ac propter ingluuiem plusquam mo-
 „ dus & necessitas postulare, ex his sumpturos. Igit ne interitus propter morbos
 „ acutos oboriretur, & imperfectum mox genus desineret, hæc præuidentes, infe-
 „ riores ventrem fabricati sunt, qui potum cibūque suscipiat. Rursus igitur
 „ & hic manifestō tradidit cibum potūmq; in ventriculum nostrum peruenire, iac
 „ humoris qui in ipſo ex horum mixtura factus est, in venas distributionem, irriga-
 „ tionem nominauit, propter humiditatem: post superius cōprehensā in eū modū
 „ scribens His itaq; vſus est deus, ad irrigationē ex ventriculo in venas. Ac deinde
 „ iterū non multo post cōmemorata hoc pacto inquit. Quādo enim intro & foras
 „ respiratione meāte, ignis interior coniunctus sequitur diuisus semper per ventrē
 „ ingressu cibum potūque capit, liquefacit sanē, & minutim diuidens, tanq̄ ex
 „ fonte quodā educit ad riuos videlicet venarū, quæcūq; exhaust, atq; per corpus
 „ venarū quædā fluenta facit. Porro subsequētibus tueri videtur eādē opinionē, tum

in sermonibus de respiratione & concoctione vniuersis: quare a stolidâ opinione recessit: ac oportet eos potius qui putarunt ipsum tam esse imperitum rudemque vt existimauerit potum omnem in pulmones deferri, criminari quod mentiatur. Porro si quis an potus aliquid in pulmonem circa interiorem tunicam gutturis & asperæ arteriæ feratur, ipse in se volet experiri, potest, accepta dum stat, copiosa aqua in os, deinde decumbens supinus, aperiensque modice gutturis orificium. Penes nos enim est id tum aperire, tum claudere. siquidem quum aliquid ex ore in ipsum præterfluit, statim sentietur, quod sanè & strangulat, & excruciat amplius affectum. Quin & ipsam tussim iritantem continens aliquis potest cohibere, vt statim exiguum quod strangulat, cesset: nonnunquam & tussicula oborta id quod angit, placuit, ne vna quidem spuitione facta. quo etiam constat, cumulatam potionem multam, tantamque, vt spiritus vias intercipiat, animal ad tussim iritare. At modicam adeo, vt circa interiorem tunicam gutturis & asperæ arteriæ roris modo effundatur, neque iritare, neque omnino sensum sui, quum per arteriam defertur, præbere. Verum si etiam animal quodcunq; volueris, sitire facias, vt coloratam aquam bibere sustineat, ac dederis vel ceruleo colore infectam, vel minio, deinde statim iugulatum disseueris, pulmonem coloratum offendes. Liquet igitur manifestò aliquid ex potu in ipsum deferri.

FINIS OCTAVI LIBRI.

i iiij

CLAVDII GALENI PER-

GAMENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS
PLACITIS LIBER NONVS,

IOANNE GVINTERIO ANDERNACO INTERPRETE.



Voniã de omnibus quæ vtrique, Hippocrates & Plato tra- 5
dunt, considerare institutum, tractatũq; à me iam est de
ijs quæ plurimũ & medicinę & philosophiæ adferunt vir-
tutis, tempestiuum fuerit vt ad alia me conuertam. Porrò
videtur in ipsis non parum valere, similitudinem rerũ in-
uicem posse discernere. Nõ solum enim quomodo inter 10
se communicent, scire conducit, sed multo magis in qui-
bus euariant. Itaq; initium ab his sumemus, ostendentes
tum quod vniuersim illi de ipsis similiter pronunciarũt, tum quod exemplis spe-
cialibus, hic artis medicæ, illæ philosophiæ nos exercuit. Ac tertium, quod per ea
ipla quæ proposuerunt nobis, loco exercitij, viam ostendere, qua procedentes ad 15
institutum perueniemus. Generatim itaque Hippocrates protulit ea, de quibus
dubitandi errandiq; occasionẽ vel optimis medicis exhibet. Plato autem hunc in
modũ. Conuenit igitur primũ, vt is qui decepturus aliũ est, ipse autẽ non decipia-
tur, similitudinẽ rerũ, & dissimilitudinẽ exactẽ cognoscat. Quomodo autẽ aliquis
assequatur id, Plato te docebit inquis, Nunquid igitur singulorũ veritatis inscius 20
poterit eius quod ignorat, similitudinẽ in vniuersis paruã aut magnã diiudicare?
Nullus potest. Quomodo autẽ vniuscuiusq; quod inquiritur, veritatẽ inuenias,
prius me audito, & manifestò & compendiosẽ differentem. Quòd si ea quæ audis,
memorię recondas, verba illorum assequere. Ego te veritatẽ eorũ quæ inquiris, in-
uenturum affirmo, si primũ; initiũ vię quæ ad ea ducit, cognoueris: à qua aberrans, 25
in permagnã verborũ captionem, errorẽmq; decides. Ceterum per eadem iudicij
instrumenta quibus principiũ inuenisti, etiam id quod initium sequitur reperies,
deinde similiter tertiũ, & vnũquodq; postea. Quomodo igitẽ initiũ licet inuenire?
quõquidẽ & Plato laudata parœmia, qua dicimus, Principiũ dimidium totius, ipse
apposuit maximũ: Principiũ inquis totius operis maximũ, quẽadmodũ & alij 30
nõnulli, nõ solũ dimidiũ totius principiũ esse dixerũt, sed etiã amplius quàm me-
diũ: alij verò & totũ potentia. Ostendemus igitur iã, quomodo initiũ inuentionis
eorũ quæ disquiruntur, inuenias, ijs in memoriã reuocatis, quæ prolixẽ tũ in opere
de demonstrationibus, tum in alijs quibusdam comprehensã sunt. Si igitur nullũ
nobis inest naturale iudicij instrumentũ, neque artificiosum, nihil poterimus inue- 35
nire. At quum naturalia habeamus, inuenerimus etiam aliquod artificiosum: igit-
tur habemus omnes homines quẽdam naturalia iudicij instrumenta communia.
neq; enim licet naturalia dicere ea quæ non sunt omnibus cõmunia, nam oportet
nimirum naturalia, præter quòd omnibus sunt communia, etiam naturam
habere communem. Ego sanẽ pronũcio nos omnes naturalia iudicij instrumẽta 40
habere, idque in memoriã reuocans, non docēs, neq; demonstrans, neq; tanq̃ ipse
dixerim, adduco. Quæ autem sunt hæc? Oculi secundum naturã habentes, qui vi-

sibilis conspiciunt: aures naturali modo habentes, quæ audibilia percipiant: lin-
 gua humorum gustatrix, nares odorum, & tota cutis tactuū. Ad hæc intellectus
 vel notio, vel quomodocunq; voles appellare, quo consequentiã repugnantiam
 que internoscimus, ac alia quæ his incidunt, in quibus est & diuisio, & composi-
 5 tio, similitudo & dissimilitudo à quibus præsens disputatio exorsa est. Itaq; Hip-
 10 pocrates de ipsis hoc pacto scripsit. Similiãne an dissimilia sint, ab initio à maxi-
 15 mis facillimisq; quæ ab omnibus ubiq; cognoscuntur discimus, quæ & videre & au-
 20 dire est, quæ etiã visu, naso, lingua, & intellectu licet sentire, quæ & quibus cognita
 25 omnibus licet scire. Hanc orationem interpretatus primo commentariorum in
 30 opere de re medica, nihil etiam nunc opus habeo persequi, sed abunde erit capi-
 ta ipsius solum explicasse, quoniam ad exactam similitum dissimiliūmq; digno-
 tionem peruenire conuenit, principio inuentionis ipsorum à naturalibus natu-
 ræ iudicijs desumpto, qui sensus sunt & intellectus. Licet autem tibi appellare, vt
 à me subinde dictum est varijs in locis, & intellectum, & mentem, & rationem,
 35 vel vtcunq; velis, modo notionē serues, vt vult Hippocrates. Vt enim sensibilibus
 iudex est sensus, ita intelligibilium alia quædam facultas, quam vtut appellare ali-
 quis volet, ei concedimus, ne nobis accessorium ipso opere fiat maius. Vtimur
 enim nominibus, & summatim vsitata inter nos linguæ proprietate, qua animi
 opiniones significantur, quas ex rerum naturæ contemplatione conquisuimus.
 40 Ridiculū igitur est hac relicta, de nominibus contendere. Quomodo autem Hip-
 pocrates inquit rerum naturam inueniri, si à maximis & facillimis inceperimus?
 Maximis quidem vsu, facillimis autem nostra cognitione. Etenim natura ambo
 nobis hæc dedit, & ipsa iudicij instrumenta, & quod ipsis à nullo docti præcepto-
 re credimus. Eadem igitur quibus iudicamus, & instrumenta sensuum sunt, & fa-
 45 cultates instrumentis vtentes. At fides ipsorum citra disciplinam, & natura, non
 hominibus tantum, sed alijs etiam animantibus inest. Etenim dum conspiciunt
 accedentem, audiuntq; strepitum aliquem, aut vocē, subterfugiunt quidem pro-
 tinus maiore viso animali, manēt autem in loco si minus imbecilliūsq; accedere
 sentiant. Quare si fidem aliquis derogat ijs quæ sensu aut intellectu manifestò
 50 apparent, eum ne aggredi quidem vllius constitutionem artis oportet. At si ap-
 parent artium opera vitæ hominum conducibilia, omnino ferè naturalibus iudi-
 cijs fidem accommodantes homines de ipsis iudicarunt, ac nos illis tanto felicio-
 res sumus, quod vtilia longo tempore cum laboribus & curis inuenta antiquis,
 ipsi pauco tempore condiscimus. Si igitur reliquo vitæ spatio non defunctorie
 55 artes exerceamus, sed similitum dissimiliūmq; dignotioni semper sollicitè insista-
 mus, nihil prohibet nos prioribus euadere præstantiores. Quomodo igitur exer-
 cebimus nos ipsos? Si à cognitu facillimis, quemadmodum Hippocrates præcipit,
 fuerimus auspiciati. Hæc enim sunt, quæ magnum ad totam vitam habent vsum,
 & ad differentiã inter se. Apponam autem tibi exemplum ex vtroq; viro, quò co-
 60 gnoscatur res euentius. Itaque Hippocrates hoc pacto in prælagijs scriptum
 65 reliquit. Considerandum est ita in morbis acutis, primum an ægrotantis facies sa-
 nis similis sit, præsertim verò si ipsa sibi. sic enim optime sperandum est. si autem
 70 contraria simili permultum, pessime. Erit autem huiusmodi, nares acutæ, oculi
 75 cõcaui, aliãque deinceps comprehensa. Videtur enim in his initium dignotionis
 80 prælagientium locorum ab his fecisse, quæ maxime naturaliter habentibus sunt

cōtraria, quæ etiam maxima sunt, & omnibus cognitu facilia. Porro hæc ubi quis prædidicerit, aliquando poterit, transiens paulatim ad vicina inter se peruenire, quemadmodum Hippocratem in prælagiorum libro factitalse ostendimus, imò etiam Plato de ipsis disputauit, quum in libro de republica introduxit Socratem à Glaucone & Adamanto interpellari, ut ipsis totum de iustitia sermonem distingueret. Quoniam enim sciuerat rogaturum ipsum, quo propositum ostenderet, nempe non vnã esse totius animæ nostræ substantiam, ideo prius de ciuitate verba facere mauult, quæ hoc pacto habent. Dixi igitur, ut mea erat opinio, quæstionem hanc quam aggredimur, non esse contemnendam, sed hominis acute cernentis opus, ut mihi videtur. Quoniam igitur nos non periti sumus, perinde inuestigandam esse iustitiam, ac si quis nõ acute cernentibus, literas paruas, proculque positas, legendas mandasset, deinde animaduertisset aliquis eadem literas esse alibi in maiori quodam loco maiores, atque inde operæpretium censuisset, ut eas primo legentes, ita demum minores, an eadem sint, considerarent. Ita prorsus Adamantus inquit. Sed quid tu simile in hac de iustitia inquisitione, vides o Socrates? Dicam inquam. Dicimus ne iustitiam hominis vnus esse: & dicimus ne etiã totius ciuitatis? Planè, inquit ille. Atque ciuitas nõne maior vno viro: maior, inquit. Fortasse autem iustitia amplior in maiori inest, faciliórque cognitu. Quare si vultis, primũ in ciuitatibus inquiramus, qualenam sit. Deinde sic in singulis considerabimus, maioris ipsius similitudinem in minoris idea cõtemplantes. Itaque Plato quum prius nos in ciuitate exercuisset, indicassetque aliam populi partem dominari, aliam propugnare, tertiam aliam opificem esse in ea, digressus ad animam, etiam in ea ostendit aliam partem esse, quæ dominetur quum bene habet, alterã quæ ipsi ministret, quemadmodũ in vrbibus ministrat militaris: reliquam verò tertiam, quam alendi corporis gratia opifices nostri apposuerunt: etsi discernendo similitudines inter se imperiti vnã esse sentiant, non tres commemoratas animæ particulas. Quomodo igitur in discretione ipsarũ exerceri conueniat, Plato docuit, & in ciuitate per totũ ferè opus de republica, & in anima sanè principalissimam mētis partem in quarto libro. quæ verò eã sequitur, in alijs. Opportunum itaque iam est ea quæ in Phædro complexus est, audire. An deceptio in his quæ multum, an quæ parum differunt, accidit? In his quæ parum. Atqui si paulatim transferis, incius magis, ac imprudens ad contrarium venies, quàm si multum transilieris. Quid ni? Oportet igitur eum, quicumque decepturus aliũ est, ipse minime decipiendus similitudinem & dissimilitudinem rerum exquisite dignoscant. Necessarium est. Nunquid igitur vnus cuiusque veritatis incius poterit eius quod ignorat, similitudinem in vniuersis parua aut magna diiudicare? Nequaquam. Ergo illos qui præter rerum naturam opinantur, falsique sunt, constat propter similitudines aliquas sic esse affectos. Sic accidit. Non igitur poterit quicumque, si rem quãcunq; ignorauerit, artificiosè aliquem sensimque à vero in contrarium per similitudines aliquas sigillatim traducere, aut errorem hunc in seipso vitare? Nunquam. Igitur quicumque veritatem ignorat, & opinionibus ducitur, dicendi quoque facultatem, ut videtur, inertem exhibet & ridiculam. Cæterum ut Hippocrates dixit, alia esse cognitu facillima, aliqua non esse, initium à facillimis faciendũ est, quæ etiam omnibus hominibus propter euidẽtiam in cõfessio sunt. ita etiam Plato sensit. id quod ex ipsius verbis condiscas. An non constat cuique,

„ quòd in alijs dum loquimur, idem sentimus omnes, in alijs verò nō idem? Quan-
 „ uis quod ais, intelligere videor: planius tamē vt dicas cupio. Quādo quis ferri no-
 „ men aut argenti pronunciat, id omnes protinus intelligimus? Prorsus. Quid cū
 „ iusti vel boni nomen? Nōne alius aliò fertur, atq; cum alijs, atque nobiscum ipsi
 5 ambigimus? Magnopere. In alijs ergo consentimus, in alijs dissentimus. Sic est.
 „ Vbinā facilius falli possumus, & in quibus horum rhetorica plus valet? Nimirum
 „ in quibus ambigimus. Oportet igitur eum qui rhetoricam sit assēcuturus, primū
 „ hęc via adinuenisse, & quendam characterem vtriusque speciei percepisse, & vbi
 „ necesse est multitudinem falli, & vbi nō. Præclaram quandam o Socrates agno-
 10 sceret speciē, qui cogitatione id caperet. Deinde arbitror oportere nihil eum sub-
 „ terfugere, quū ad singula venerit, sed acute persentire id de quo dicturus sit, vtrius
 „ sit generis. Cur non? Quid porrò amorem? vtrum ex ijs de quibus ambigitur, an
 „ ex ijs de quibus non ambigitur, esse dicimus? Ex ijs de quibus ambigitur nimirū.
 „ An putas eum tibi illa de se dicere cōcessurum, quæ supra dicebas, quòd videlicet
 15 amato simul atq; amāti perniciosum est, ac rursus quod omnium maximum est
 „ bonorū. Optime dicis. Hęc verba in Phædro scripta sunt, vbi docet ipse ne vnam
 quidem dubitationem habere, quæ naturalibus iudicij instrumentis manifestò
 subijciuntur. in quibus verò neutiqum his instrumentis subijciuntur, aut obscu-
 re subijciuntur, ambiguitatem fieri: ac conuenit esse exercitatum eum qui in his
 20 rerum similitudines discernat. Nōnulla enim secundū similitudines vel immuta-
 tionem eorum quæ ipsis insunt, ita sibi inuicem respōdent, vt in aliquo sint simi-
 lia, in aliquo dissimilia: oportetq; talia internoſcentem esse artificem, vt accurate
 simul & celeriter queat deprehendere an inter se similia sint, an dissimilia. Quod
 igitur semper & dicentem me & scribentem audis, id in præſentia etiam omnino
 25 auditurus es. Generalis methodus citra multorum particularium exercitationem
 bonum efficere artificem non potest: id quod in omnibus eiusmodi licet conspi-
 cias, in nonnullis tamen adeò validam obtinet vim, vt vniuersalem methodū vno
 ipso solo absolutissime queas discere. Exercitationem verò, nisi per totam vitam
 fiat, ad artis opera parum proficere: atq; apparet manifestò esse talis ars ratioci-
 30 natrix & rhetorica, item quæ per instrumenta operatur musica. Tanta igitur ex-
 ercitatione demonstratoria methodus nō indiget, etsi ipsa quoq; haud exiguam
 requirat. Itaque laborādum est in vnaquaque artis exercitatione circa materias,
 quarum actiones vitæ vtilis expetimus. Quauis enim naturam aliquis vel mul-
 to præstantissimam ad quodcūq; opus habeat, exercitationē verò negligat, nullo
 35 eorum qui natura destituuntur, exercitationis autem cura ac sedulitate vincunt,
 præstantior est. Considera igitur quendam, crurum structura, & totius corporis
 robore optime dispositum, sed qui naturam adeo neglexerit, vt præter quòd
 nunquam currat, etiā inter ambulādum semper vacillet. nullo modo hic Olym-
 piorum victor euadere poterit, nisi priore segnitie deposita, ad naturalium exer-
 citationum consuetudinem seipsum transferat, neq; harum quarunlibet, sed ma-
 40 xime qualis est cruribus propria. Nam si quis hoc pacto natum accipiens per fu-
 niculum tenuem ambulare doceat, ad lignum autem rectum ascendere, quem-
 admodum rerum mirabiliū gestores illi discipulos docent: nō modo nō Olym-
 piorum victoriam retulerit, sed ne vulgaribus quidem hominibus velocior vnquā
 45 videbitur. Hoc itaq; Platoni & Hippocrati proditum est, qui exempla artibus &

de amore.

exercitatio

omnibus vitæ actionibus vtilia conscripserunt. Apponam autem pauca, vt species ipsorum inspiciatur: non tamen sufficere hæc existimo ijs qui artifices volūt fieri illarum artium quascunq; ipsi colant: verum vt exercitentur perpetuo, quæ admodum rhetorici, qui argumenta quotidie proposito instituto idonea inveniunt. Sumatur iam a Platone primum, quod in quinto de republica docuit, vbi de natura mulierum incipit, eadem ipsis cum viris studia tractare præcipiens: deinde ipse sermonem aggreditur, aitque non concessurum fore aliquem, eandem esse naturam & maris & fœminæ corporis: ac ostendit in quo eandem dixerit. tota verò ipsius oratio sic habet. Vtrum inter canes & gregis custodes fœminas ipsas censemus vnà eadem custodire debere, & vnà venari, ac cætera omnia communiter facere? An fœminas quidem intus quasi domestica asservare opera, vt quæ nequeant alia obire propter ipsium catulorum partum, & nutrimentum, malculos autem labores subire, omnemq; armenti curam gerere? Communiter his, inquit, omnia tribuimus, nisi quòd fœminis vt imbecillioribus, maribus vt robustioribus vtimur. Fieri ne potest, vt animali aliquo ad eadē vtaris, nisi eadem ratione nutriueris erudierisq; Non profectò. Si ergo fœminis ad eadem vtetur ac viris, in eisdem erudire decet. Certe. Musica autem & gymnastica illis concessa est. Sanè. Mulieribus igitur artes hæc similiter & res bellicæ tribuendæ sunt, ad eadēque his vti decet. In his generatim Plato præfatus quòd omnia eadem muliebri generi distribuenda sunt, postea etiam de exercitijs quæ nudi obimus, & de equitatu, quæq; bellorum causâ docentur exercenturque, censet etiam mulieres aggredi. Porro de ipsis sermonem occipiēs, hæc ait, Vis ergo vt nos aliorum causa nobis ipsis aduersemur, dubitâdo nū sine defensione quæ sunt rationis alterius, oppugnentur? Nihil prohibet. Dicam igitur sub eorum persona hūc in modum, Nihil opus est, o Socrates atq; Glauco, vt alij vobis repugnent. nam inter vos statim à principio condendæ ciuitatis constitit, oportere secundum naturā vnumquenq; vnum quippiam quod suum esset, peragere. Constitit, quid ni? Est ne igitur vbi non longe mulier ipsa natura à viro differt? Cur non differat? Ergo nōne opus vtriq; aliud pro natura vtriusque est tribuendum? Procul dubio Quomodo igitur aberratis nunc, vobisq; ipsi contradicitis, quādoquidem affirmatis viros & mulieres oportere eadem operari, cum tamen natura valde inter se discrepēt? Habebis ne o vir mirifice quid ad hæc respondeas? Cum is quædam de facultate contradictoria dixisset, deinceps subiungit verba contradictionis, hunc in modum. Adducimur sanè inuiti contradictionem attingere. Qua ratione? quòd natura eadem, opera eadem tractare non debeat, fortiter admodū & contentiose, si verba inspicias, contendimus. Considerauimus autem nullo pacto quæ species alterius eiudemve naturæ sit, & quorsum respicientes tunc descripserimus, quando diuersæ naturæ studia diuersa, eidem verò eadē attribuebamus. Certe nequam id cogitauimus. Cæterum licet nobis, vt videtur, à nobisipsis exquirere, nūquid eadem natura caluorum sit & comatorum, an cōtraria potius: ac postquam concesserimus esse contrariam, si calui coria incidant, calceosq; conficiant, haudquaquā sinere comatos homines eadem facere: sin autem comati, caluos nequam permittere. At ridiculum id esset. An ob aliud ridendum istud, quòd tunc non omnino eadē & diuersam naturam posuimus, sed illam duntaxat dissimilitudinis & similitudinis speciē obseruauimus, quæ ad ipsa eadem studia pertine-

bat: Quemadmodum medicum & hominem habentem amicum medicinæ stu-
 dijs, optimi naturam eandem habere diximus: an non censēs? Equidem. Medicus
 verò aptum alium, & alium virum promptum ad fabricandum. Omnino. Nón-
 ne & genus virorum, mulierumq; genus sine arte aliqua aut studio nihil inter se
 differant, hoc utriq; assignandum esse dicemus: in autem hoc ipso duntaxat dis-
 crepare inuicem videantur, quòd fœmina quidem cõcipit, vir gignit, nihilo ma-
 gis admitemus ostensum fuisse, quàm ad id quo de nunc nos loquimur, à viro
 fœmina differat, sed adhuc censēbimus tam custodes quàm mulieres ipsorū ea-
 dem apud nos exercere debere. Recte nimirum. Nónne post hæc iubemus eum
 qui contraria dicit, hoc ipsum nobis ostendere, ad quam artem quòdve officium
 ex ijs quæ instituentæ ciuitatis conducunt, non eadem sit, sed diuersa viri mulie-
 risve natura? Sic utiq; decet. Forte quod tu paulo ante dicebas, alius quoq; dicere
 poterit. Subito quidem quantum satis sit dicere, non facile esse. Sin autem cogi-
 tetur, haud multum difficile. Diceret utique. Vis ergo oremus eum qui hæc nobis
 opponit, ut aures nobis præbeat, attendatque, si qua ratione ostendere queamus
 nullum esse studium ad gubernandam ciuitatem mulieri proprium? Omnino.
 Age itaq; dicamus ad eum, respõde, nunquid ita dicebas, ad aliquod opus aliquẽ
 dextro sinistroq; ingenio præditum esse, ex eo intelligi, quòd ille facile quippiam
 addiscit, ille difficile, & hic si exiguum quid ab aliquo didicerit, ex eo ipse plurimum
 inueniat: ille verò cum plura didicerit, meditatúsq; sit, paulo post obliuiscitur: at-
 que alteri corporis membra abunde menti subseruiunt, alteri cõtrà. An alia præ-
 ter hæc sunt, quibus hominem aliqua indole bona præditum à mala prædito
 distinguis? Nullus alia dixerit. Nostine aliquid ab hominibus exerceri, in quo non
 omnia eadem virorum genus & excellentius habeat, quàm mulierum genus? An
 late verbis vagabimur, texendi artificium commemorantes, placentarumque &
 obsoniorum cõfectionem, in quibus aliquid esse genus mulierum videtur: vbi ma-
 xime ridiculum sanè apparet, quum vincitur? Vera loqueris, quia longe in omnibus
 (ut sic dixerim) genus à genere superatur. Mulieres autem multæ multis viris ad
multa præstatiores. Totum ita habet ut dicis. Nullum igitur est o amice inter eos qui
 ciuitatem gubernant, studium mulieris proprium quàm mulier est, aut viri proprium
 quàm vir, sed æque dispersæ in animantibus utrisq; naturæ, & omnium studiorum
 natura compos est mulier, item & vir: in omnibus autem fœmina imbecillior vi-
 ro. Sic est prorsus. Quid igitur? viris omnia præcipiemus, mulieri autem nihil? At
 quomodo? Est utiq; ut nos affirmamus, inter mulieres quoq; alia medicinæ apta,
 alia minime, alia musicæ, alia à musis natura abhorret. Quid ni? Et alia quidẽ ad
 exercitationes gymnasticas & rem militarem prompta, alia verò ad hæc inepta.
 Sic arbitror. An non & vna quidem sapientiæ studiosa est, altera sapientiam sper-
 nit? & vna elato animo, altera demisso? Et his assentior. Est ergo & inter fœminas
 quædam ad custodiendum idonea, quædam minime. An non naturam quandam
 huiusmodi ciuitatem custodientium virorum elegimus? Eiusmodi certe. Mulie-
 ris itaque & viri eadem ad custodiendã ciuitatẽ natura, nisi quòd hæc imbecillior,
 illa robustior existat. Ita apparet. Mulieres itaque tales eligendæ sunt, ut vnà cum
 viris & colant & custodiãt ciuitatem, postquã idoneæ sunt, & natura ipsis cogna-
 tæ. Omnino. Studia verò nõnne eadem eisdem naturis sunt tribuenda? Eadẽ. Ve-
 nimus igitur ad priora illa longo circuitu, fatemurque non esse contra naturam,

mulieres.

„ vt custodū mulieres musicam & gymnasticā exerceantur. Prorsus. In his omni-
 „ bus vno exemplo mulierum exercuit nos quomodo inuenire ac discernere possi-
 „ mus, in quo quidem similia naturis, in quo dissimilia ea quæ cōferuntur, existant.
 „ Nā mulieres viris similes quidē sunt quatenus & hæ animalia existunt rationalia,
 „ hoc est scientiæ capacia: quatenus autē virorū genus fortius est, & ad omne opus 5
 „ & disciplinam præstantius, mulieres autē imbecilliores deteriorēque, dissimiles in
 „ hoc existunt: quemadmodū rursus è contrario habent, quatenus hæ quidem sunt
 „ fœminæ, eōq; ad concipiendum idoneæ: mulieribus autē certē quædam sunt cor-
 „ poris particulæ à natura constructæ, masculis autem non sunt. Quare vere ali-
 „ quis dixerit, in aliquo mulieres viris respondere structura simili, in aliquo contrā. 10
 „ Cum igitur aliquis secundum similitudinem ab alio ad aliud transgreditur, vera
 „ dicet. Vbi autem secundū dissimilitudinem, mentietur: & multo magis secundū
 „ contrarietatem. Vt enim Hippocrates in opere de re medica prodidit, præcipiēs
 „ nos ab initio an similia vel dissimilia sint contemplari, appoluit in opere Progno-
 „ stico etiam contrarium ijs quæ in facie enumerauit: quod maxime contrarium 15
 „ est simili, pessimum est. Sic & Plato videtur demōstrationē in oratione superius
 „ cōprehēta fecisse. Adiungamus igitur & aliud adhuc ex Hippocratis scriptis, exē-
 „ pli gratia, vt discernamus quid simile & quid dissimile existat. Verba ipsius ex cō-
 „ mētario de articulis hæc sunt. An brachiū exciderit, his notis cognoscēdū est. Hoc
 „ sanè, quum dextrum habent corpus homines, manus & crura, exemplo cōuenit 20
 „ vti sano ad non sanum, non alienos articulos inspiciundo (alij siquidem alijs ma-
 „ gis sunt exarticulati) sed ipsius ægrotantis, an sanum laboranti sit dissimile. Atq;
 „ hoc sanè dictum est recte. Verum deceptionem, quam græci παραξύνεσις appellāt,
 „ non exiguam propter huiusmodi continet. Ac non satis est sermone tantū per-
 „ sequi hanc artem, verum & vsu tractare oportet. Nam multi præ dolore, vel alia 25
 „ etiam occasione articuli quauis non exceßerint ipsis loco, nequeunt tamen in
 „ similes ipsis figuras reuerti, ac subsistere quomodo sanum corpus figuratur. Ita-
 „ que perpendere prius & considerate etiam talem figuram oportet. Sed in scapu-
 „ lis caput brachij insitum fertur multo magis elapsi, quàm sani. Hic autem supe-
 „ riori parte in clauicula caua apparet regio, & os summi humeri excedere videtur, 30
 „ tanquam articulo iam in internā partem submerso: deceptionem tamē etiam in
 „ hoc aliquam habet. Verū de hoc postea scribetur. dignū enim est, cuius fiat men-
 „ tio. Hoc elapso, interior cubitus apparet recedere magis à costis, quàm altero.
 „ Si vero aliquis adigat, adducitur quidem, sed laboriose. In hoc autem manum re-
 „ ctā ad aurem cubito extensō attollere, non magis possunt, quàm sanam, neq; cir- 35
 „ cūducere huc & illuc similiter. Hæc sanè Hippocratis verba sunt, similia ijs quæ
 „ in opere prognostico tradit. Quemadmodum enim illic faciem nos ægrotantis
 „ iussit inspicere, vtrum similis sit an dissimilis sanis, præsertim an ipse sibi respon-
 „ deat, ita nunc elapsum articulum sano comparat, comparatione in ipso affecto
 „ homine facta. Deceptio enim, quam παραξύνεσις vocauit, frequenter accidit, si alie- 40
 „ nis articulis ipsum conferas. Quinetiam ex particularibus an similis sit naturali-
 „ ter habenti, affectus, licet dignoscere: quemadmodum in opere prognostico per-
 „ censuit, ita & hic, alia quidem recte scribens: in quo autem non nihil aberrauerit
 „ propter similitudinem ad luxatum, id significans, quomodo & ipsum deceptio-
 „ nem habeat. Humilis enim clauicula non solum in luxatis est, sed etiam qui di- 45

uulsionē in summo humero sustinent, vt in hoc cōfundatur dignotio luxationū,
 quæ signum commune sortitur ijs qui summum humerum habēt auulsum. Sed
 hic quoq; rursus quod generatim in opere de re medica pronunciauit, id nunc
 vnius speciei fecit: ostendens nō solum quatenus similia duorum affectuum sunt,
 5 sed etiam quatenus dissimilia. Caua igitur clauicula in vtrifq; apparet. Ex alijs au-
 tem symptomatis quæ enumerauit in luxatis articulis, nullum in summorū hu-
 merorum auulsionibus accidit: de quibus ad præscripta verba ita ait. Hoc elapso
 interior cubitus recedere magis à costis quàm altero videtur. Si verò quis com-
 pellat, adducitur quidem: sed cū dolore in hoc sursum manum tollere rectà ad au-
 10 rem cubito extensio non admodum potest: quemadmodum & sanam ne addu-
 cere quidē huc & illuc similiter. Hæc in luxatis fieri apparent, quum nihil eius-
 modi accidat ijs quibus summus humerus auulsus est. quippe solis ipsis commu-
 ne est, clauiculam apparere concauam. Est autem & in hoc commune, non mo-
 do similitudo, sed etiam dissimilitudo. Nam locus videtur esse humilior, cū tamē
 15 re vera non sit humilior quàm fuerit affectus, vt in luxatis humeris. In quibus enim
 capite brachij in scapulas delapso tumor primū clauicularū loco eminēs vere eua-
 nit: in auulsionibus autē hic quidē ipse permanet: sed humero summo in altum
 traducto, falsa loci depressionis imaginatio oboritur. Forsitā præstiterit etiā aliā
 vnā adhuc sententiā adscribere ex cōmētario de articulis, vbi in vno affectu Hip-
 20 pocrates ostēdit similitudinem & dissimilitudinem plerosq; medicos fallere: quū
 aliqua vertebra luxata fuerit in anteriora, iuxta eā spinæ locus humilis efficitur.
 nonnunquam & posterioribus vertebrarum processibus refractis, vnde spinæ af-
 fectus generantur: mancus & depressus locus apparet: quemadmodū in vertebris
 in anteriora luxatis. Est autem hic affectus curatu facillimus, alter verò pernicio-
 25 sissimus: quorum differentiam ignorantes nonnullos medicos Hippocrates ait
 putare vertebrarum in anteriora prolapsum curasse ex facili. Nominat porrò hūc
 in priora transitum, non ita solum, sed etiam ad interiora. Intrā sanè profundi-
 tatem corporis: extrā autem superficiem ante & post. oratio ipsius est hæc, qua il-
 30 la tradidit. Ex posteriori parte non facile est huiusmodi luxationem in anteriora
 fieri, nisi pergraue aliquod pondus incidat. Nam ex ossibus extrinsecus enatis
 vnumquodque tale est, vt anterius ipsum frangatur, prius quàm multū intro de-
 clinauerit, & ligamenta violenter adigens, & articulos è sede sua in aliam motos.
 Item spinalis medulla laborat, si modice è loco inflectatur, vertebra in eum mo-
 dum exiliente. item vertebra eluxata comprimit spinalem medullam, nisi etiam
 35 abruperit. pressa verò & grauata hac, multa magnāq; & insignia in stuporē deue-
 niūt. Quare nō poterit medicus quomodo oportet vertebrā dirigere, multis vio-
 lētifq; alijs malis instātibus. ac ideo quòd ne inferere quidē liceat, neque cōquas-
 sare, neque alio vllō modo, constat, nisi quis dissecto homine, deinde iniecta in si-
 num ab interiori parte manu, foras repellat. atque hæc mortuo licet facere, viuo
 40 non admodum. Cur autem hæc scribo? quoniam putant nonnulli, homines se sa-
 nasse, quibus ab interiore parte vertebrę inciderant, omnino articulos prætergres-
 si. Atqui facillimam ad salutem distortionem hanc quidam putant, ac nihil indi-
 gere iniectioe, sed sponte sua eiusmodi sanos fieri. Ignorant autem multum, &
 hoc lucrantur, quod ignorant. Nam proximis suadent, sed propter hoc decipiun-
 45 tur. Putant spinam excedentem in dorso hoc vertebra ipsas esse: quoniam singu-

» læ rotundæ ad tactum apparent: ignorant quòd ossa hæc sint à vertebra professe
 » cta, de quibus paulo ante dictum est, at quibus vertebræ multæ in anteriora re-
 » cedunt, arctissimum enim inter omnia animantia homo sinum habet, quantum
 » ad magnitudinem attinet, à posterioribus in anteriora, aliquando etiam in pecto-
 » re. Cum igitur aliquod ex his ossibus eminentibus valide contractum fuerit, siue
 » vnum, siue plura, hæc depressior locus efficitur, vel hinc, vel inde: propterea deci-
 » piuntur, dum putant vertebras intro prolabi. Porro quòd maximam vim habet
 » similitudinis & dissimilitudinis dignotio, omnisque artifex desiderat discernere, similes ne
 » an dissimiles res sint circa quas versatur, ex hoc exemplo licet colligere. Quum
 » enim in exercitatione magna pars propositæ cognitionis consistat, non in gene- 10
 » ralibus exemplis videre conuenit, sed in multis variisque exercitari: & præsertim
 » quæ ab his petita sunt, qui optime horum artem elaborauerunt, qualis est Hippo-
 » crates & Plato. Quum igitur Plato primo libro de republica ostendisset variis exem-
 » plis, ex quorum numero est, & ciuitatis gubernatores, & medicos artificibus qui-
 » bus præstant, imperantque, quosque regunt, illis vtilitatem, non sibi suppeditare, deri- 15
 » des Thrasymachus pastorum & bubulcorum meminit, qui sibi ipsis commodum,
 » non ouibus & bubus exhibet. Verum Socrates ostendit ipsorum scopum & finem
 » esse, alium sanè ijs qui in pastoritia & bucolica arte nihil præter ouium & bouum
 » vtilitatem respiciunt, alium verò qui animalia ad voraginem & venditionem alunt.
 » Itaque constat, quòd & medicus, quatenus medicus est, tenens corporis sanitati 20
 » prospicit. Quatenus autem aliud quid agit, inde appellationem quoque habebit.
 » Nonnulli etiam diuitiarum gratia artem medicam tractant, nonnulli propter mul-
 » ctam ex legibus ipsis impositam: quidam verò propter humanitatem, quemad-
 » modum alij ob gloriam inde aut honorem comparandum. Nominabuntur igitur
 » quatenus sanitatis sunt opifices, communiter omnes medici. Quatenus autem 25
 » ob diuersa consilia actiones aggrediuntur, hic humanus, ille honoris studiosus,
 » alius gloriæ, alius diuitiarum affectator. Non igitur medicis finis est, tanquam me-
 » dicis, ut gloriam aut fructum percipiant, sicut Menodotus Empiricus scriptum
 » reliquit, id quod curæ non fuit Diocli, quemadmodum nec Hippocrati, & Em-
 » pedocli, neque alijs veterum permultis: qui ob humanitatem benignitatemque; na- 30
 » turæ ægrotis medebantur. Qui igitur in huiusmodi exemplis se exercuerit, cu-
 » iusmodi valde multa apud Hippocratem & Platonem reperiuntur, facile inspi-
 » ciet & propria cuiusque artis, & communia. Etenim Socrates cum Thrasyma-
 » cho in primo de republica disserens, ostendit opiliones & bubulcos communi-
 » care inter se quatenus sunt opiliones & bubulci, differre autem quatenus hic tam 35
 » quam diuitijs inhiat, ille ad voraginem animalia reddit pingua. Quinetiam Hip-
 »ocrates de fracturis plenius docuit discernere, ut communia, & propria. In arti-
 » bus autem hoc est, similia ne sint, an dissimilia. Vnum enim sunt tres hæc conside-
 » rationes, tum quæ de communibus & proprijs, tum quæ discernimus num si-
 » miles an dissimiles res quæ comparantur, existant: tertia ad hæc, qua speculamur 40
 » quid idem in ipsis sit, & quid diuersum. Consuerunt enim græci similia nonnun-
 » quam vocare, quæ idem aliquid obtinent. Item exempla secundum idem in ijs
 » quæ conferuntur, Plato nos facere præcepit. Vicina est huic contemplationi &
 » ea quæ diuisoria constat methodo, cuius exercitiū Plato in sophista & ciuili ope-
 » re tractauit: vsum vero ipsius in his modo, verum clarissime simul & absolutissi- 45

me in Philebo & Phædro, quinetiam in commentario de Republica, alijsq; multis ostendit. In Sophista igitur & Politico docet quomodo aliquis loco appellationis sermone interpretatur claro pariter & cōpendioso ipsius significatū, quem sermonem definitum, & definitionem eximie Platonis sectatores vocarūt. In Philebo autē & Phædro diuisoriam cōpositoriamq; speculationē maxime necessariā esse ad artiū constitutionē ostendit, qui duplici modo in ea exercitari præcipit, à primo sanè & generalissimo descēdentes ad ea quæ nō amplius diuidi queūt per differentias in medio consistentes, quibus & definitiones specierū cōplexus sum in Sophista & Politico. Contra verò à specialissimis, quæ multa sunt, ad primum genus per cōpositionem ascēdētes. Viam enim esse vtriusq; vnā, sed iter duplex, ab altero primorū ad alterū vicissim eunti. Dicit itaq; de ipsis in Phædro ad hunc modum. Mihi quidem videtur cætera reuera luisse. At si quis duarū specierum in quas modo fortuna incidimus, vim arte comprehenderit, opus non ingratum fuerit consecutus. Quas species dicis? Vt in vnā ideam conspiciens passim dispersa ducat: quo singula definiens, manifestum reddat semper id de quo agitur: quemadmodum nos in præsentia quid amor sit definiuimus, siue bene, siue male id factum sit. Certe hinc disputatio nostra claritatē in se habuit, constantēq; sibi ipsi concordiam. Alteram verò speciem quam dicis o Socrates, vt rursus secundum species articulatim pro rerū natura incidat, neq; imperiti coqui ritu vlla mēbra confringere aggrediatur. Hæc igitur generatim de diuisoria cōpositoriaq; methodo à Platone sunt cōprehēsa. Digressus autem ad artem rhetoricam, (erit nobis vnum aliquod totius operis exemplū) hæc scribit. Quandoquidem dicendi facultas quædam animi tractio & oblectatio est, futurum oratorem necesse est, quot species anima habeat, cognoscere. Sunt itaq; tot, talēq; vnde hi tales, illi tales efficiuntur. His ita distinctis, orationum quoq; tot talēq; sunt species: eiusmodi verò singulæ. Tales igitur talibus quibusdā orationibus, certa quadam de causa ad eiusmodi res facile persuadētur: aliter autem affecti ob aliquam causam, minime. Oportet itaque eum qui hæc satis perspexerit, postea in ipsis negotijs, quæ sunt, agūtūq; animaduersa acute posse sensu assequi: aut nihil amplius quam verba quæ audiuit, habet. At quum abūde potest dicere quis quibus orationibus capiatur, præsentēq; hominem acute percipit eo ingenio præditum, de quo antea fuerit disputatum, sic ipsum esse talibus orationibus ad talia cōpellendum, is ita instructus, tum demum perfectē artem hanc erit consecutus, quum ad superiora hæc adiunxerit, vt opportunitatem loquendi tacendiq; calleat. Item quando conueniat vti, & quando, non breuiloquentia, commiseratione, vehementia acriori, amplificationēq; ceterasque partes orationis quas didicerit, recte cognoscat. eum verò qui horū quodcūq; nouerit, dixeritq; ex arte se verba facere, qui nō persuadetur, exuperat. Hæc protulit de rhetorica, docēs inibi quomodo aliquis optimè ipsam constituat methodo vsus, non quemadmodum vulgus, experientia & conuersatione. Ad hæc quū inferius multa interim vtilia commemorasset, in caput ipsa redigens, ad verbum sic dixit. Quapropter si aliud quippiam de arte dixeris, auscultabimus quidem: sin minus, his quæ paulo ante recensuimus, fidē adhibebimus. quòd videlicet nisi quis auditorū ingenia nouerit, distinxeritq; atque res ipsas in species suas discreuerit, rursusque singula specie vna cōprehenderit, nunquā dicendi artē quoad homini licet, adipiscetur. In hoc libro succinctē

egit de generali omnium artium constitutione, & de rhetorica: exactissime verò
 totum sermonē in Philebo periecutus est. Ego à principalissimis exordiar, prima
 „ hac ipsius oratione ascripta. Vox inquam ex ore nobis erumpens vna est, & infi-
 „ nitæ rursus voces numero & cunctorū pariter, & cuiusq;. Quid ni? Neutro tamen
 „ horum docti efficiamur sapientēiq;, nec quod eius infinitū, nec iterū quod eius vnū 5
 „ aliud cognoscimus, item quot & quales sunt, tenemus. hoc enim vnumquēq;
 „ nostrū grammaticū reddit. Verissima loqueris. Quinetiā id quod musicū nō effi-
 „ cit, hoc est idem. Qua ratione? Vna quodāmodo & in hac arte vox est. Quid ni?
 „ Duo item ponenda sunt, graue, & acutū, ac tertium tonus æquualēs. Nōne ita?
 „ Ita. Verūtamen nondum doctus musicen eris, si hæc sola cognoueris, & ista igno- 10
 „ rans, vt ita loquar, nullius eris in musica pretij. Nullius. Sed postquā o amice acce-
 „ peris quot interualla vocis numero sunt circa graue atq; acutū, & qualia, nec non
 „ interuallorum termini, & quotcūq; ex his cōpositiones proueniunt. Quæ maio-
 „ res nostri concipientes, nobis eorū sēctatoribus, vt huiusmodi quædam harmo-
 „ nias appellaremus, tradiderunt. In motibus præterea corporis alios quosdam ta- 15
 „ les inesse affectus monstrarunt, quos numeris dimensis rhythmos atq; mensuras
 „ vocari iussere: cogitare præterea quòd eadem ratione de omni quod vnum est &
 „ multa, considerare debemus. Nam quando ista sic accipis, sapiens tunc euadis.
 „ Quum verò & aliud quicquam ita considerans capis, sapiens rursus circa illud ef-
 „ ficeris. Infinita autem singulorum & in singulis multitudo, vagū te, incertūmq;, 20
 „ & rationis ac numeri reddit expertem, vt pote in nullum cuiusq; numerum respi-
 „ cientem. Præclare hæc, o Philebe, Socrates mihi dixisse videtur. Mihi quoq; sed
 „ quid ad rem hic sermo, quidve sibi vult? Recte id o Protarche Philebus iste quæ-
 „ siuit. Prorsus. Responde igitur ipsi. Faciā quod vultis, vbi de his ipsis paulisper etiā
 „ adhuc disputauero. Vt enim si quis vnū aliquid accipit, is, vt diximus, haud mox 25
 „ in infiniti naturā, sed in aliquem numerū descendere debet: ita vicissim si quis in-
 „ finitum primo sumere cogitur, nequaquam in vnum cōtinuo, sed in numerum
 „ quendam qui multitudinem aliquam habeat, debet intendere, ex omnibusque
 „ tandem in vnum definere. Quod verò nunc diximus, rursus in literis coniectu-
 „ rari licet. Quomodo? Postquam infinitā vocem cogitauit siue deus aliquis, siue 30
 „ homo diuinus, qualis apud Aegyptios Theuth fuisse fertur, primo in ipsa vocis
 „ infinitate vocales literas considerauit, quæ nō vna, sed plures sunt: rursusq; alias,
 „ quæ non vocis, sed soni participes essent, atq; harum numerum certum similiter
 „ definiuit. Tertiam deinde speciem literarum distinxit, earum quas nunc mutas
 „ vocamus. Postremo liquidas mutasq; discreuit, vsq; singula quædam, vocalēsq; & 35
 „ medias eodem modo, donec earum numero in singulis speciebus & in vniuersis
 „ reperto, elemētum vocauit. Cūmq; videret neminē nostrum, horū quicquā seor-
 „ sum percepturum, nisi omnia ipsa percepisset, hoc vinculū veluti vnum quiddam
 „ existens, & hæc omnia vnum facere meditatus, quam vnā in his esse artem grā-
 „ maticen animaduertit, eo nomine appellauit. Hæc quidē Plato de artium con- 40
 „ stitutione in Philebo tradidit, quæ iuxta methodum scilicet rationalem, nō quæ
 „ ex diutina inquisitione, sed particulariū experientia colligitur. Quòd autem nisi
 „ in diuisione & compositione exercitatio accesserit, nequeat rationalis artium cō-
 „ stitutio fieri, palam est ex ijs quæ hucusq; à me sunt cōprehensa. Quinetiā in toto
 „ libro Philebo deinceps opere methodum in voluptate ostendit, vniuersas ipsius 45

differētias persecutus. Sic autem & Hippocrates factitauit in opere de victus ra-
 tione acutorum, inculans medicos Cnidios tanquā speciales generalēsq; morbo-
 rum differentias ignorātes. Ipse autē indicat distinctiones, secundū quas id quod
 vnum videtur esse, multa fiant cum diuiditur, non in morbis tantum, sed etiam in
 5 alijs omnibus: in quo plurimos ex clarissimis medicis falsos inuenire licet, adeoq;
 in ipsis remedijs. Nonnulli siquidem ad particulares ipsorum vsus profecti, disci-
 plinam fecerunt a methodo, hoc est nulla ratione munitam. Quidam cōmuni-
 simum loquuti, vsque ad promptam imaginationem sermonem fecerunt maxi-
 me methodicum, re vera autem vitiosissimum: inde inter se dissenserunt, alij qui-
 10 dem, vt qui in remedio certi cuiusdā affectus, exempli gratia pleuritidis, sangui-
 nis missionem pronunciarunt: alij purgationem: quemadmodum & fomentum,
 hi per spōgias, illi per sacculos à medicis dictos, aut per aliud quoddā. Inibi etiam
 de balneis & balnei abstinentia discordarunt, mullum, & mullam, aquam, vinum,
 ptisanam, vel percolatum succum duntaxat exhibentes, vel ordeaceū solum: alij
 15 & cibos: aliter alio distinguente differentias & ægrotantium, & prædictorum, in-
 dicauit quid pleuritidis affectus requireret. Quomodo igitur ipse enumerauerit
 inordinatius primus inueniens commentarijs in opere de victus ratione acuto-
 rum expono, quod aliqui inscribunt ad Cnidias sententias, quidam de ptisana:
 vtrique malè. At ego, vt huius quoq; sermonis manifestam disciplinā studiosi cō-
 20 pendiose habeant, nō pigebit capita significare. Etenim in pleuriticis nuper inci-
 pientibus latus dolere, tanquam dispositione nōdum manifesta tentare iubet fo-
 menta, fotibúsque calidis: ac ipse materiam recēsuit: deinde si nō soluatur, conspi-
 ciens siue recens sit, & aluo deiecta, siue nō, quid faciendum sit, docet. At si his nō
 25 cesserit, distinctiones scribit eorum qui sanguinis missione indigēt, & qui purga-
 tionem. Porrò in quibus mullę potu vtendū est, aut oxymelite, aut aqua vsq; ad iu-
 dicationem nullum dādo cibum, in quibus succum ptisanæ, aut ordeo vtēdum,
 tunc & cibi dandi sunt. Pari modo etiam de vini exhibitione distinguit, quibus
 dandum sit, & quibus non, & quando, & quale. Similiter de balneis, alijsque id ge-
 nus. Porro quū duplex sit error in diuisionibus, quòd alij minus ac conueniat, di-
 30 uidāt, alij exuperēt secūdo in multitudinē quæ ad id quod secatur, propria nō est:
 „ vtrosque Hippocrates accusans, initio quidē libri hæc tradit. Varietates morborū,
 „ & diuisionē multiugam aliqui non ignorarunt: numeros autem singulorū mor-
 „ borum dum manifestè vellent explicare, haud recte scripserunt, vt qui difficile
 „ comprehendi possint: si hoc aliquis laborantium ægritudinem alteram ab altera
 35 nonnihil differre significabit, non solum idem morbus esse videbitur, si neq; idem
 „ nomen habeat. Porrò in remedijs cōtrā quū ipsi minus quàm par est, comple-
 „ ctantur, in hunc modum ait. Ac non solum ob id non laudo, sed quoniam etiam
 „ paucis numero remedijs vtuntur. Postea vbi præsumpsisset problemati vtilissimū,
 „ nō manifestò ipsius solutionē cōscripsit, atq; ideo plerisque medicis tota problema-
 40 tis vis ignoratur. Proinde totū hunc sermonē in primo de victus ratione acutorū
 „ cōmentario sum interpretatus. Nūc autem cōpendiose exponere vim necessariū
 „ est. Ipsum sanè problema sic ad verbū scripsit Hippocrates. Videntur autē digna
 „ mihi esse quæ scribantur, & præsertim impercepta medicis, quū sint tamen scitu
 „ vtilia, item quæ magnam vtilitatem aut noxam adferūt. Impercepta autem sunt
 45 & hæc, cur in morbis acutis alij medici in omnem vitā ptisanam nō percolatam

exhibent, putantque rectè se medicari: alij verò magnificiunt, conanturq; ut nul-
 lum ordeum æger deuoret (magnam enim offensionem esse arbitratur) sed suc-
 cum linteo percolatum præbent. Quidam ipsorum neq; ptisanam crassam, neq;
 succum exhibet: alij vñq; dum septimanus æger fuerit, alij etiã in fine, quoad mor-
 bus fuerit iudicatus. Huiusmodi igitur quæstiones ne proponere quidem medici
 consueuerunt, forsã neq; si proponantur, inueniunt. Atqui magnã à vulgaribus
 calumniam tota ars sustinet, ne videatur quidem omnino medicina esse, quod in
 morbis acutissimis tantum inter se artifices differunt, ut quæ alter adhibet optima
 esse putans, ea iam alter mala esse censet. Ac paulo post. Dico autè perpulchram
 esse hanc speculationem, plurimis & principalissimis eorum quæ in arte sunt, muni-
 tam. nam ægrotantibus omnibus ad sanitatem aliquid magnū potest, & sanis ad
 securitatem exercentibus ad bonam habitudinem, & ad quodcūq; vnusquisq; ve-
 lit. Speculatio (inquit) de artificū discordia, magnã vim obrinet, non solis labo-
 rantibus ad sanitatem conciliandã, sed etiam sanis ad eam tuendã scilicet, exercẽ-
 ribus, ad corporis dignitatem tum comparandã, tum retinendam. Postea adiecit
 & ad quod vnusquisq; velit, indicans nõ modo ad medicinã, sed etiam alias artes,
 speculationem, ipsius solutionem extẽdere. Nam mirari licet cur artem medici per-
 tractantes, in qua remedia quæ offeruntur, vñq; possint iudicare, vtrum profint, an
 noceant: tamen maxime contraria de ijs quæ profunt & nocent, pronũciarint. Si
 quidẽ in philosophia non sedatas esse plurimas dissensiones, nihil miri est: quippe
 quũ res experientia iudicari euidenter nequeant, ac ideo nõnulli pronũciẽt mun-
 dum esse ingenitum, nonnulli genitũ: quemadmodũ alij nihil extra ipsius cõple-
 xum esse, alij esse dicant, atq; hi ipsi aliquid cõtineri affirmant, quidam vacuũ hoc
 esse, nullam in se continens substantiã dicunt: alij verò mundos alios numero
 incomprehensibiles: ut in infinitũ multitudo extendatur. nã eiusmodi discordiam
 sensu euidenti non licet diiudicare. At secus habet quod medici de remediorum
 quæ corpori applicantur, auxilio & noxa inter se dissentiunt, quũ ipsi possint vtile
 & nocuũ vñq; experiri ac iudicare. Huius igitur quæstionis solutio nõ admodum
 manifestò ab Hippocrate est explicata, ac ideo propè vniuersos libri interpretes
 latuit. Est autè talis. Nonnulli sanè ægrotantiũ in ediam requirunt vñq; dum mor-
 bus fuerit iudicatus: nonnulli verò cibum: atq; ex his alij ordeaceam ptisanam, alij
 succum solum, quemadmodum & solidiorem aliqui. Quinetiã oxymel quidam
 aut mullam: quidam verò aquam & vinum. Idcirco medicis qui experientia sola
 artem constituerunt, illud solum visum est vtile, quod forte fortuna ipsis frequen-
 ter profuisse apparuit. Neq; etiam ad contrariam speciem victus rationis perue-
 nire audent, ut illam quoq; experiantur, improsperum veriti successum. Proin-
 de solus qui naturam ægrotantis nouit, & morbi dispositionem, & vim auxilij
 quod adhibebitur, præterea tẽpus quo vtẽdũ ipso est, audere poterit, vñq; auxilio
 rationabiliter cõsiderato, spem experientia cõfirmare. Quare solus inueniet vocis
 abolitæ causam, & distinctiones, quibus animũ adhibens, ad id quod ægrotãti con-
 ducit, perueniet: aliorũ verò nullus hoc cognoscit. nã qui cognitis per experientia
 adhærent, immoranturq; illa sola assumunt, causantes naturã, aut artem, aut huius
 modi aliquid offensæ causam extitisse. id quod etiã in opere de fracturis Hippo-
 crates ostẽdit, nempe in fracturis quæ cũ vlcere fiunt, hisce verbis. At alij quidam
 sunt, qui linteis eiusmodi statim medicantur, atque hinc & illinc linteolis deli-

„ gant. Super vlcus autē ipsūm desinunt ac sinunt refrigerari: deinde ipsi imponunt
 „ purgatoriū aliquod medicamentū, & splenijs vino madidis, aut lanis succidis cu-
 „ rant: qui modus medicandi malus est, ac verisimile est ita medentes maxima non
 „ intelligere, tum in alijs fracturis, tum in huiusmodi. Maximū enim est cognoſce-
 5 re quomodo oporteat lintei principiū iniicere, & quomodo potissimū compri-
 „ mere. Item quantū auxiliij adferat, si rectē quis initiū accōmodet, ac premat, quo
 „ potissimū cōuenit. Rursus quomodo noceāt, nisi rectē quis iniiciat, neq; premat,
 „ sed hinc & illinc. Quare dictū à me est etiam in cōprehensis antea, cuiusmodi in
 „ utroq; eueniant. testatur hoc etiā ipsa medicina. Necessē enim est, vt ei qui sic de-
 10 ligatur, tumor in ipso vlcere attollatur. etenim si cutis sana hinc quidē & illinc de-
 „ ligatur, in medio autē intermittatur spatium, in eo potissimum tumebit, & deco-
 „ lorabitur. Quomodo igitur nō vlcus hęc patietur? Necessariò enim vlcus decolor
 „ erit, & expressum, lachrymosum, & sine pure: ossa autē aut artus, quę nō erant abſ-
 „ cessu laboratura, illo infestabūtur, & vlcus pullatile & igneū erit. Coguntur autem
 15 propter tumorē cataplasma inducere: sed illud quoq; his hinc & illinc deligatis est
 „ inutile. nam pondus incōmodum præter aliū pullūm oboritur: delinētes autem
 „ vincula dissoluunt, quū ipsis rursus facesunt negotiū, & reliquum sine deligatura
 „ medicantur. nihil autem minus etsi aliud quoddā eiusmodi acceperint, eodē mo-
 „ do curātur. Non enim putant deligaturā quæ hinc & illinc fit, & refrigerationem
 20 causam esse vlceris, sed aliam quandā infelicitatē. Non arbitrantur (inquit) ma-
 lam deligaturam læsionis esse causam, sed aliam quādam infelicitatem, ob quam
 rem neq; recedunt à consueta ipsis victus ratione, sed male cognitis immorantur.
 Hęc mihi problematis solutio est, in quo causam discordiæ in remedijs confide-
 rare oportet, quam generatim cōprehensam, dixerit aliquis esse differentiam rei,
 25 quæ generatim intelligitur, dicitur & proponitur, siue affectus, siue auxiliij aliqua
 sit materia. Dico autem affectū exempli gratia pleuritidē: de qua veluti exemplari
 sermonē instituit: materiā verò nullam, aut vinū, aut aquam, aut poscā. nam in
 his singulis proprię quādā sunt differētiæ, de quibus omnibus Hippocrates nō so-
 lum cōpendiole, sed etiā manifestò distinctiones edocuit, quę admodū differētiās
 30 diuidere cōueniebat. At mihi exempli cuiusdā ex ipsis gratia abunde erit memi-
 „ nisse sermonis de vino ad hęc verba cōscripti. Dulce vinū, vinosum, albū & nigrū,
 „ nullam, aquā, & oxymel. His autē significatū in morbis acutis distinguendū est.
 „ Dulce minus q̄ vinosum caput tentat, aggrauatq; minúsq; præcordia attingit, &
 „ facilius q̄ alterum per intestinū descendit. Sed lienē & iecur auget, biliosis etiā in-
 35 commodū. quippe talibus sitim excitat: imò etiā superius intestinum inflat, non
 „ tamen inferiori intestino inimicum flatus ratione, etsi non admodū flatus à vino
 „ dulci profectus, facile corpus trāseat, sed circa præcordia immoretur. Etenim mi-
 „ nus vrinā hoc ciet omnino, q̄ vinosum album. Dulce autem sputū magis educit q̄
 „ alterū: at quibus sitim cōciliat potū, his minus q̄ alterum vinū educit. quibus autē
 40 non sitim facit, magis q̄ alterum educit. At vinū album vinosum laudatur quidē
 „ & deprehenditur & sæpe & multū in vini dulcis expositione. Verū quū ad vesicā
 „ magis q̄ alterum transeat, vrināq; ciet, & distillationem, semper multa ad præsi-
 „ dium in his morbis cōfert. Siquidem si ad alia minus idoneū est q̄ alterum, attā-
 „ men in vesica purgatio ab eo facta demittit aut promouet qualia cōuenit. Cæterū
 45 bona hęc sunt indicia auxiliij & læsionis à vino proficiscētia, quæ incognita erāt ijs

„ qui me præcesserūt. Porro vermiculo vino & nigro austero in his morbis ad hæc
 „ vteris, si capitis grauitas nõ adsit, neq; præcordia attingatur, neq; sputũ à via pro-
 „ hibeatur, neq; vrina retineatur, verũm quod deijcitur, lubricũ sit, & ramentosum.
 „ Cæterum in his cõuenit potissimum mutari ex albo, & quæ his sunt similia. Item
 „ intelligendum est præterea quòd omnia superiora & vesicæ loca minus offendet, 5
 „ si aquatius sit. Intestinũ verò etiã magis adiuuabit, si meracius sit. Hic inquit, quæ
 de vinorum differentia & vsu expolui, incognita me senioribus fuerunt. Ego au-
 tem hæc distinctionibus segregans, artem in ipsis cõprehensam constitui. Ita etiã
 de mulsa, melle, aqua, oxymelite, & ptisana & balneis distinctiones conscripsit, ac-
 cusans eos qui in omnibus acutè laborantibus vel iubent vel prohibent singulis 10
 commemoratis vti. Nam interroganti an vinum febricitantibus sit exhibendum,
 respõderi debet quòd huic quidem alicui dandũ sit. Idem verò hoc de voluptate
 Plato factitauit, quãdam ipsarum fugere nos præcipiens, quãdã verò appetere.
 Nã disciplinarũ vtilium honestarũmq;, & in totũ omnium honestarũ actionum
 voluptates affectare conuenit, ebrietatis autẽ aut gulæ aut veneris vitare: quæ verò 15
 nihil ab his secretũ obtinent, illas neq; fugere, neq; persequi. Porrò inueniuntur ni-
 mirum generis voluptatum differentia ex methodo diuisoria, vt in toto Philebo
 Plato ostendit, differentias omnes ipsarum enumerans. Propterea dixi affinia es-
 se & communia, quæ ex diuisoria via inueniuntur, ijs quæ ex similis cognitione in-
 telligi solent, Etenim similitudinẽ voluptates inter se obtinent: cõmunitatem sanè 20
 generatim. Vnum nanq; cõmune est in ipsis, ex quo cõmunem sortiuntur appella-
 tionẽ. Aliæ verò secundũ peculiariũ differentiarum speciẽ: quandoquidẽ simpli-
 ces simplicibus, præter cõmunem voluptatis speciẽ, etiã eam quæ simplicitate
 constat, consecutæ, maiorẽ similitudinẽ assumunt: quemadmodũ in cõpositis cõ-
 positæ corporeæ corporeis, animales animalibus, vtilis vtilibus, nociuæ nociuis: quæ 25
 admodũ etiam quæ in honestis actionibus versantur, & quæ in malis inuicẽ vtræq;
 respõdent. Consimiliter etiã quæ in rationali animæ specie sunt, inuicẽ cõcordat.
 Item quæ in irascibili aut appetitoria cõsistunt, pariter & hæ eodẽ modo inuicem
 respondent. At nisi vnũquodq; genus in peculiare differentias secent, pronũcian-
 tes aliquid generatim & indistinctè tũ medici tũ philosophi, multa quæ euidenter 30
 apparent, quotidie ijs ipsis quæ tuetur, affirmantq;, repugnãtia tenent. Nã distinctio
 ab omnibus artibus claris viris laudata, exercitatione harũ duarum speculationũ,
 de quibus hoc libro transegi, absoluitur. Dico autẽ duas speculationes, & eã quæ
 discretionẽ similiũ & dissimiliũ constat, & eam quæ via iuxta diuisionem generũ
 vsq; ad indiuidua tẽdit, & reciproco hoc modo, scilicet ex particularibus ad primũ 35
 genus reditu per differentias intercedentes, atq; has vtrasq; methodos optimè atq;
 elegãtissimè inter priores tũ medicos tũ philosophos Hippocrates & Plato inue-
 nerunt, ostenderuntq; multos cõmentarios falso cõscriptos ab ijs qui cõmunia à
 proprijs nequeunt distinguere. Quinetiã dissensiones prius indicaui illinc tales ob-
 ortas, quales sanè apud medicos extiterunt de ptisanæ vsu, ac alijs quæ ægrotantibus 40
 offeruntur. Apud philosophos autem de animæ virtutibus, dum nonnulli putant
 ipsas esse dociles, nonnulli verò naturales, vel moribus & exercitatione acquisitas.
 Si enim animæ species diuisissent, manifestò etiam cognouissent alterã esse ratio-
 nalem, alteram verò irrationalẽ, quæ & ipsa duplicẽ habet sectionem: neq; scien-
 tiam à rationali sustulissent, neq; irrationalibus eam concessissent. Quapropter & 45

illa oratio in qua Plato dicit, Vniuscuiusq; rei existentis circa quã artem aliquã cõ-
 stituere cogitamus, naturam substantiæ exactè cognitã habere oportet, cõiuncta
 est cõmunisq; methodis nuper cõprehensis. Nam qui nouit nõ simplicem vnam
 animæ in nobis speciem esse, sicuti in stirpibus appetitoriam, in dijs rationalem,
 5 in homine autem ambas esse, & tertiam præterea irascibilem, ac nouit cū hac vir-
 tutum numerum, vim & possessionem: quemadmodum qui naturalem corporis
 nostri structuram habet perspectam, in similaribus quidem elemētorum cõmo-
 derationē. in instrumētarijs ex similariū quãtitate & qualitate, itē vniuscuiusq; cõ-
 formatione & situ naturalē habitū effici, in vnoquoq; animantis corpore symme-
 10 tria, videlicet singulorum prædictorū per vnamquãque vitæ substantiã conserua-
 ta, ipse morborum curationis cuique cõuenientis, & præseruationis copiã habe-
 bit. Merito igitur nonnulli exactã similitudinem & dissimilitudinem cognitionem sufficere ad
 methodicam cuiuslibet artis constitutionem arbitrantur. siquidem etiam ad iudicandū
 15 de ijs quæ in ambiguo sunt, dux hæc est abudè faciens. Nã quum multa
 sit similitudo quibusdam probabilibus, non autem veris, cū sermonibus omnino
 veris, qui eos discernere inuicem est exercitatus, manifestò sciet quantū dogma-
 tis tanquam veris credendum sit, quātūmq; derogandū tanquã falsis, & quātum
 probabile, haud scio quàm incertum, improbabili respondeat: quemadmodum
 etiam ijs quæ æqualiter inuicem respōdent, siue in duobus, siue in tribus, siue in
 20 pluribus fiat extensio, nihil putandum fide dignius. At horum iudiciū ad imagi-
 nationem reducitur, vt recentiores Academici dicunt, nõ solum probabilem, sed
 etiam circumeuntem & immobilem: vt autem Chrysippi sectatores aiunt, ad
 comprehensoriam quam vocant catalepticē. vt communiter omnes homines
 crediderunt, ad sensum intellectūmq; euidentem. Itaque verba comprehensa dif-
 25 ferre inter se videntur. si autem accuratius quis inspiciat, eandem vim obtinēt, ve-
 luti etiam quum quis cēset à cõmunibus notionibus incipere, atque has primum
 omnium iudiciū ex seipso fide dignū constituere. Quòd enim primum iudicij lo-
 cum citra demonstrationem fide dignum esse conuenit, omnibus in confesso est,
 non tamen quòd naturale hoc esse oportet, & omnium hominum cõmune, vni-
 30 uersi considerant, & pleriq; nonnunquã præ eo, quod omnibus ex æquo homini-
 bus euidenter apparet, malunt suæ ipsorū adhærere opinioni, & simulant firmam
 se fidem addidisse ijs quæ ipsi dicunt verisimilia, vt dogma aliquod sectæ ipsorum
 approbent, astruantque: quemadmodum rursus alij nonnulli, vt aliquid secus
 opinantium calumniantur, sponte sua mentiri sustinent. Nam ijs qui se à qua-
 35 dam secta appellant, contendere propositum est, de omnibus quæ in secta habē-
 tur, etsi nullam necessariã ad fundamenta iacienda habeant consequentiã: quem-
 admodum sanè in dogmate de animæ principatu. Hoc enim medicis scire ex vsu
 est, vt ratione lesa, loco affecto auxilia adhibeant, philosophis autē neque ad inue-
 niendum virtutum differentiam, neque ad exercitationem ipsorum est vtile. Siue
 40 enim in corde princeps animæ particula existat, siue in cerebro, poterimus & pru-
 dentiam & temperantiã, iustitiã & virilitatem consequi, ex alijs placitis & exer-
 citationibus ad ipsarum possessionem peruenientes. Itaque solis illis philosophis
 etiam id quod nihil ad mores, ciuilesq; actiones cõducit, inquirere cõsequens est,
 qui speculatoriam philosophiã delegerunt: quemadmodum & an post mundum
 45 hunc sit aliquid: & si est, quale hoc tandem. Item num mūdus hic in se continea-

tur. & an plures vno, & an copiosa quædam multitudo. Similiter generatus ne
 an ingenitus mundus hic existat. Sicut etiam an geniti ipsius deus aliquis opi-
 fex fuerit, an deus nullus quidem, sed causa quædam irrationalis & inartificiofa
 fortuito ipsum adeo pulchrum effecerit. sic an etiam deus præsit structuræ mun-
 di sapientissimus simul & potentissimus. Verum huiusmodi quæstiones nihil
 conferunt ad domum propriam honeste inhabitandam, aut ciuitatis rebus con-
 uenienter prospiciendum, vel cognatis & ciuibus & hospitiibus iuste & commu-
 nicatorie impartendum. Processerunt autem ad quæstionem ipsorum nonnulli
 qui practici statuuntur, tandem ex ijs quæ vtiliter disquiruntur, paulatim tanquã
 ad similia progressi. Nõ enim sicut mundũ generatum esse, aut non generatũ esse
 se, quærere inutile est: ita etiam de prouidentia, & dijs. Quod enim sit aliquid ho-
 mini præstantius virtute & sapientia in mũdo, omnibus nobis disquirere præstat,
 non tamen quales dii sint substantia, vtrum incorporei omnino, an quemadmo-
 dum nos, ita ipsi cum corporibus existant, necessarium est considerare. Etenim
 hæc, aliãq; multa prorsus nihil cõducunt ad virtutes actionẽq; morales & ciuiles
 appellatas: quemadmodum etiam ad animi affectuũ remedia. Scripsit de ijs Xe-
 nophon optimè, qui nõ solũ inutilitatẽ ipsorũ damnauerit, sed etiam Socratẽ ita
 sentire pronunciet. Consentunt ipsi & alij Socratis sodales, & Plato ipse, qui na-
 turalem speculationem philosophiæ adiungens, Timæo disputationem de ea de-
 fert, non Socrati: sicut etiam dialecticẽ longius exporrectam ad Parmenidem &
 sodalem ipsius Zenonem. Sanè propter similitudinem aliquam vtilibus rationa-
 lium naturaliumq; speculationum etiam inutilium quæstio apposita est. Neuti-
 quam enim licet vel attingere in morali & ciuili speculatione siue naturalem, si-
 ue ratiocinatricem: sed hæc quobq; inutilibus adscribuntur. Cæterum multa falsa
 veris sunt similia, & in demonstrationum initijs, & omnibus subsequẽtib; item
 sophismata ex similitudine quam cum veris sermonibus habent, componuntur:
 sed inter noscere ea, & inuicem discernere nouerunt, in illa materia circa quam ars
 versatur, exercitati nimirum, & naturali industria præditi, quam oportebat po-
 tissimum in puerili ætate à cuiusq; ciuitatis senioribus prudentissimis indicari, ac
 vnumquẽq; artem naturæ congruam ediscere, vt nunc multos videmus artes
 rationales exercentes, qui ne ea sanè quæ ipsi dicunt, assequuntur. Porrò quòd ad
 logica principia cuiuslibet dogmatis demonstratio reducitur, in omnibus ferè
 operibus à me ostensum est. Sed & nunc, quoniam vt res inuicem discernere pos-
 sis, & similitudines dissimilitudinẽq; singulorum exactè speculari ab initio con-
 siderare institui, apponam exemplum aliquod exercitationis gratia. Quippe nõ
 cõuenit esse contentũ eo quod ostẽsum est, nos in particularibus exercitari oport-
 tere, sed etiam ita facere. Neque enim Plato ipse neque Hippocrates satis habue-
 rūt vniuersim hoc consuluisse, sed exẽplis quoq; particularibus plerisq; nos exer-
 citarunt. Promatur autem quædam materia speculationis, quæ tractat an opi-
 fex nostri habeat prouidentiam, principio à structura corporis desumpto. Non-
 nulla enim fortuna quadã artis & rationis experte, non prouidentia sapientis opi-
 ficis conformari pronunciant, obscura ad fidẽ eorũ quæ dicunt, similitudine vtẽ-
 tes, quemadmodũ aliqua in vita à fortuna similia reddũtur ex ijs quæ iuxta artes
 fiunt. Quũ nanq; aliquis nonnullorum descriptionem aut figuram leonis aspectui
 esse persimilẽ conspicit, sicuti quorundã draconis, aut alterius cuiusdam animan-

tis vt inquit, ac vbi quis forſan p̄tram feriens, tantum ab ea confregit, vt reli-
 qua pars reſpondeat leonis formæ, aliâque huiuſmodi dicunt ſemel longo tem-
 pore in terra fieri, artium verò naturæ quam vniuerſi homines natura moliuntur,
 & conformationis noſtri iſtis ſimillimæ proſuſ obliuiſcuntur. At qui vident
 5 multos materijs opere incumbentes, neque coriarios dictos, neque fabros, neque
 figulos, niſi appareat vtilis cuiuſdam gratia eorum quæ illi fabricati ſunt, feciſſe.
 Quippe nulla alia artis nota eſt præter vſum vniuſcuiuſque eorum quæ particule
 fabricatæ inſunt. Si igitur qui ligna ſecat, vrit, & compingit, lecticam efficiet, om-
 nes continentem particulas conuenientes vſui propter quem factæ compingū-
 10 tur, eiuſmodi eſſe artificem dictitant. Si vero dextros pedes ſiniſtris impares effe-
 cerit, longitudine, aut craſſitie, aut figura differentes, aut tale quippiam in lecto
 aut lignis. pertingentibus longitudine ſuperiores partes ad infernas aberrare vi-
 deatur, inartificioſum eſſe dicunt: ac multo magis ſi id quod apparatus, ex multis
 conſtet partibus: deinde ſi nihil in iſtis qui compingit, erroris commiſerit, arti-
 15 ficem eſſe conſtructorem aiunt, quemadmodum in curru Hefiodus ſcripſit.

Centum lignaque plauſtri.

Siue enim reuera centum, ſiue loco multorum tot dixerit, ſicuti Homerus

Centum pendebant ex auro ſimbriæ.

Eoque grammatici dicunt loco multorum centum poſuiſſe, ne in aliqua parti-
 20 cula aberraret, ſed etiam magnitudinem iſtis figuramque decentem circumpo-
 ſuerit, collocarique in regione congrua, & compositionem cum propinquis tu-
 ram, & ſolutu difficilem effecerit, artis indicia omnes arbitrantur, non ab homine
 docti ita iudicare, ſed natura habentes artis notionem à fortuna ſecretam. Quod
etenim in omnibus rectè fit, ad artē referunt, quod in vno aut duobus fortunè nō
 25 artis opus eſſe credidimus. Eandem itaq; notionem anatomici medici admirati
 ſunt omnes artem naturæ. Neque enim tanquam extrinſecus videtur corpus
 compoſitum ex partibus decem & duodecim, aut ſi libet etiam viginti, ſic etiam
 reuera habet. Conſtat enim ex oſſibus pluribus quàm ducentis, quemadmodum
 etiam muſculis paulo pluribus quàm ducentis: ad ſingula vero oſſa peruenit vas
 30 nutriens, quod homines vocant venam. At muſculorum non hoc ſolum, ſed etiã
 arteria & nerui. Pariâque omnia ſunt aduſſim in dextera animantis parte
 ſita, ijs quæ in altera ſunt, oſſi, muſculus muſculo, vena venæ, neruus neruo, ar-
 terijs arteriæ. Quapropter etiam mirifice Hippocrates dixit hoc quidem,
 quū homines iuſtum obtinent corpus: maximum enim indicium eſt iuſtitix, in
 35 particulis figuræ ſimilitudo & loci, in quo hæc tria inſtrumenta inſeruntur, venam
 dico & arteriã & neruum in ſingulis muſculis: itē diſpoſitionis in iſtis contrarie-
 tas non iuſtitiam modo in corporis ſtructura manifeſtò oſtendit, ſed etiam vim
 ſummam eius qui corpus ipſum conſtruxerit. nam ſcopos ſtructuræ ſi numeres,
 deinde vnumquodque ipſorum rectè factum inuenias, euidenter tibi magnitudo
 40 ipſius opificis dico, apparebit. Neque enim ſimpliciter ita, veluti ſi quis negligenter
 conſideret, oſſium muſculorumque multitudo par eſt numero oſſibus & mu-
 ſculis, ſed etiam eorum quæ iſtis inſunt, puta magnitudinis, ſitus, compositionis,
 numeri, figuræ, totiuſque cōformationis, quæ & in arterijs & venis & neruis ſerua-
 ri videntur. Etenim quale vnumquodque ipſorum eſſe conuenit, & quantū & vbi
 45 pars muſculi inſerta, & quomodo etiam in ramos diuaricata, exacte in ſingulis

ipsorum conseruatur, præterea omnium paritas sinistrorum cū dextris, tot & ipsa
 particulares scopos obtinēs, quot etiam particulas. Atque hæc tibi dico nondum
 mentionem faciens singulorum viscerum, aut aliarum particularum, quæ parti-
 culari descriptione videntur. nam apparet in his quoq; non paucis numerus sco-
 porum cuique conueniens. Quum igitur duo nobis insint oculi, par vtriq; mul- 5
 titudo particularum est, neque figura euarians, neque magnitudine aut situ aut
 conformatione aut compositione cōnexūque cum propinquis, sed etiam humor
 crystallinus æqualis adamussim in vtroque est, item vitreus similitudine, & coloris
 & figuræ & consistentiæ. Voco autem consistentiam particularum iuxta mollitiē
duritiēque differentiam. Non tamen membranarum & tunicarum vlla secus ha 10
 bens in vtroque oculo existit, sed exactè æqualis longitudo, æqualis crassities, vel
 tenuitate sicut & colore, & consistentia ne paululum quidem euarians. Ita etiam
 musculorum numerus par. item in vnoquoque ipsorum moles corporis respon-
 det, vnā cum figura, colore & consistentia. Iam eandem inuenies iustitiam in o-
 mnibus corporis instrumentarijs particulis. Non enim solum quæ duplices, quæ 15
 admodum oculi, aures, maxilla, renes, testiculi, manus totæ, & crura, structuram
 exactè habent eandem dextræ cum sinistris, sed etiam ex ijs quæ simplices esse vi-
 dētur, duplices tamen reuera sunt, exempli gratia cerebrum, lingua, maxilla, pul-
 mo, thorax, vteri fœminarum, aliāq; id genus. Nā in singulis ipsis dextera sinistris
 parem numerum particularū obtinent, pariter cum magnitudine, crassitie, tenui- 20
 tate, colore, & consistentia, & natura omnino impermutabilē. Sic etiam arteriarū,
 venarū neruorūq; genus dexteræ partes æquales habēt sinistris, & omnino imper-
 mutabiles, secundum substantiarū similitudines. Quēadmodū igitur de humanis
 affectibus facimus iudiciū, ita etiam de diuinis facere conuenit, ac corporis nostri
 opificē admirari, quicūq; tādē deorū existat. Si aut quod nō videmus ipsum, ideo 25
 neq; esse dicamus, non adhuc similitudinē iudicij ad artes seruabimus, in quibus
 non speculari compactā nauim aut lecticā artis iudiciū faciebamus, omittētes
 cōsiderare vniuscuiusq; particulę vsum, sed ī hoc summā ipsius posuimus. Ridiculū
 enī si qs ī speculari eū q̄ horū aliqd cōstruit, artificē esse cēseat, etsi qualdā partes
 malè cōstructas inueniat. Ridiculū vero & si q̄ optime cōstructa nauis, aut domo, 30
 aut lecto, incognito autē opifice, putare eiusmodi citra artē esse facta, vel fortuitu
 iudicantibus omnibus hæc quidē raro à scopo errare, illā vero assequi raro, inutilē
 autē & inartificiosam corporis nostri structurę causam esse opinari, seruando iudi-
 cij similitudinē in artificibus, qui vidētur ad eos qui non videntur. Non enim ex-
 trinsecus adducere iudiciū oportet ad eorū considerationē, quæ omnes natura ha 35
 bemus. His iudicij locis Hippocrates vtēs, tradidit hæc verba. Natura cū facile eru-
 dia, nō didicit q̄ oportet facere. similiter habet & hoc naturę morborū medici-
 Natura sufficet omnino. Vocat autē ipsā & iustā iteri, & medicū ministrū imitato-
rēq; ipsius esse dicit, ac perpetuo in particularibus sermonibus celebrat miratūrq;
ipsius virtutē: quæ sanè substantia existat naturę cōformātis nos & regētis, nō au- 40
sus pronūciare, opificē verò nostri causam vt omnibus mos est hominibus, naturā
nominās. Verū Plato etiā causā quæ nos cōstruxit, mūdi opificē deū pronūciauit,
 qui suis filijs iusserit humanū genus conformare, accepta ab eo immortalis ani-
 mę substantia, apposito autem in ea quod generatur. At illud nos scire conuenit,
 nō esse similitē speciei demonstrationis, & positionis eius, quod nos iuxta prouidētiā 45

alicuius dei aut deorum compositi sumus, & illius quòd opificis substantiam cognoscamus, quemadmodum neque animæ nostræ. Quòd sanè corporis nostri structura summæ sit sapientiæ & virtutis, paulo antè comprehensis ostenditur. Porro quæ de animæ substantia, & dijs qui nos conformarunt, præterea quæ de

5 toto nostro corpore dicuntur à Platone diuinissimo, vsq; ad probabile ac verisimile protenduntur, vt ipse in Timæo indicauit, primū exorsurus à physiologia, deinde etiam inter narrandum sententiam interponēs. Incepturus itaq; Timæus (is enim statuitur de natura mundi totam disputationem pertractare) hoc modo inquit.

10 Quum ergo Socrates multa de dijs mundi que generatione à multis dicta sint, nē mireris obsecro si rationes de his probatissimas exactissimāq; afferre non possim. Satis enim factum putare debebis, si nō minus probabiles quàm quouis alius rationes attulerim. Aequū est meminisse & me qui disserā, & vos qui iudicabitis nos homines esse, vt si probabilia dicantur, nihil vltius requiratis. Sic etiā de anima ab eo conscripta, probabile & verisimile haberi dicit, hunc in modum scribens.

15 De anima igitur quod mortale habet, & quod diuinum, & quomodo, & cum quibus, & propter quæ seorsim collocata est, reuera vt dictum est deo consentiente, tunc quidē sic solū confirmamur. At quod probabile à nobis dictū est, etiā nunc adhuc magis considerant propter consequentiam dictorum. Quemadmodū igitur hæc de anima protulit, quousque probabilia & verisimilia sunt, à nobis cognoscuntur: ac ideo audacter de ipsis pronunciare quomodo possim, non video.

20 Contrā autē quòd plures animæ sint species, & quòd triplici sede collocatæ sint, item quòd diuina ex ipsis sit qua ratiocinamur, reliquæ autem duæ affectibus obnoxia, hæc qua irascimur, illa qua corporis voluptates appetimus, quæ etiam in stirpibus existit, demonstrationes habere me affirmo. Quinetiam quòd alia in cerebro, alia in corde, alia in iocinore sedem obtineat. Etenim horū demonstrationes sunt scientificæ, & de ipsis contendi in primis sex operis huius commentarijs, neque de substantia trium animæ specierum elocutus quicquam, neque de immortalitate, neque omnino disquirens vtrū proprio vocabulo duas animæ partes mortales in Timæo dixerit, an hanc ipsis appellationem indiderit, immortalibus alioqui, sed tanquam peioribus ratiocinatrice, & in mortalibus tantum animalibus operantibus. Nam quòd triplicem sedem animæ species occupent, item quòd tot vires singulæ habeāt, & tales, medicæ arti quū vtile sit, morali quoque & ciuili dictæ philosophiæ, merito ab Hippocrate & nobis quæritur. Vtrū vero irascibilis & appetitoria immortales sint, quemadmodum multi Platonici opinantur,

35 an mortales, præcipue magis in Timæo dictū est, quū non admodum conducatur aut medicinæ, aut morali ciuiliq; philosophiæ dictæ, merito à medicis & plerisq; philosophorum omissum est, vt quod speculatiuæ philosophiæ proprium magis sit, quàm actiuæ. Sed quòd firmæ de his demonstrationes non habeantur, ipsum indicauit Platonem verbis in Timæo fateri: non tamen de ijs quæ in quarto de re publica prodidit, dicere licet, vt quæ solum ad probabile procedant. Sed mihi videntur scientificæ demonstrationes esse, quum ipse ostendat aliud esse rationale, aliud irascibile, aliud appetitorium. Quo etiam constat, quod ab initio dixi, difficillimum esse similitudines discernere. quum enim ipsorum Platoniorum plerisq; contrario modo ijs quæ Plato pronunciauit, opinati sunt, quomodo quis in alijs

45 philosophis mirabitur, quòd probabile quidem, non autem verum, ignorent à

firmiter vero distinguere: quod non euenisset, quum nulla sit similitudo falsis & probabilibus, cum ijs quæ cū scientia ostenduntur: id quod euidenter ex quarto de republica didiceris. nam axiome ad demonstrationem vsurus, quod plures animæ nostræ sint particule, animum diligenter ei attendere præcipit, cognoscens quosdam contradicuros, ceu nõ veris, eo quod nequeant à veris probabilibus quidem, sed non vera discernere, quod multa ipsis insit similitudo. Inde enim & dogmatum multitudo oborta est, tum in medicina, tum philosophia, quod omnes nequeat ab ijs quæ necessario quibusdam insunt, aut sequuntur, aut pugnant, aut aliã quandã dispositionẽ inter se obtinent, distinguere illa quæ possibile duntaxat fortiuntur. Similitudo enim & hic est plerisque necessarijs cū ijs quæ possibilia quidem sunt quantum ad intellectum pertinent, non autem reuera insunt: imò etiã horum hic quoque soli exercitati in eis pulchre dignotionem facere putantur, ac sola satis erit eis qui volunt demonstratorij euadere, vbi simul natura perspicaces ac ingeniosi fuerint. Mirari igitur iustum est deinde Platonem, qui non solũ methodos compendiose exposuerit, sed etiam in singulis nos exercuerit. Sunt enim tria capita, primum quod diuisione & compositione constat, secundũ quod sequentium pugnantiumque cognitione, postea tertium rerum inter se mutatione, in maioris & minoris, equalis & similis ratione. Respondet etiã huic tũ eiuẽ, tũ alterius cognitio, quibus cõmunia omnibus accidunt, in quibus exercere cõuenit possibile & necessarium, & in his similitudinem & dissimilitudinẽ. Itaque scopi secundũ quos singula hæc recte aliquis aggrediatur, omnino pauci sunt, nempe in ipsis exercitatio, quæ non parum temporis requirit. Ostendit hoc etiam quarto de republica Plato, vbi conatur animam nostram non simplicem, neque vniformem substantia, sed ex tribus partibus compositam ostendere, quæ singulæ propriam habent speciem, non vnã autem vim, sed plures. Nam ad demonstrationem ipsius quodam intellectu euidenti hoc sermone vtitur. Constat planè idem contraria facere seu pati secundum idem & ad idem simul non posse. Hoc igitur axioma, quo demonstrationem facere aggreditur. Cognoscens autẽ non cuius prädicatum sermonem esse manifestum, inducit. Stare simul atq; moueri secundum idem nunquam potest. At quũ non satis haberet hoc compendiose & breuiter esse dictum, lógiorẽ rursus eundem sermonẽ percenset, hoc pacto scribens. Præterea hæc diligentius confirmemus, nequa procedentibus nobis ambiguitas forte suboriatur. Si quis enim dixerit hominem stantem quidem, mouentem vero manus & caput, eundem stare simul atque moueri, haudquaquã ita dicendum censëbimus, sed partem quidem eius manere, partẽ verò moueri, an non ita? Post hoc exemplum vtilius alterum ad propositi axiomatis contradictionem inferens, hoc modo tradit. Quod si artificiosius iste luserit, asserens turbinem trochũmque totum simul mouere, simul & stare, quando in eodem puncto centrum aculeũmque figens reuoluitur, vel aliud quicquam, dicens idem agere cum eidem affixum cardini circumfertur, nequaquam assentiamur, quod non secundum eadem sui hæc tunc moueantur & maneant. Dicendum quippe habere, ipsa rectũ in se atque rotundum: & secundũ rectum quidem stare, quum nulla ex parte declinent: secundũ verò rotundum circummoueri. Quoties autem dũ quid reuoluitur, in rectum quoque deuehitur, siue ad dextram, siue ad sinistram, vel ante vel retro, tunc nusquam permanet. Hæc præfatus Plato manifestissime connectens

„ ipsis sequētia scribit. Quare nulla ex his^o obiectionibus perturbabit persuadēbit^r
 „ que, quòd idem quandoque simul secundum idem, atque ad idē, contraria sic vel
 „ agat, vel patiat. In his prædictarum rerum magnitudines distinguit, indicans
 quomodo possit aliquis, qui non accurate ipsas inspexerit, putare sermonem ge-
 5 neratim ab eo pronunciatum non esse perpetuo, neque in omnibus verum. Posse
 enim contraria eodem tempore ad idem facere aut pati, rationem ad particulas
 referendo, sicuti in homine, qui mouetur quidem hisce particulis, illis autem
 conquiescit. Manifestum nempe est idem exactè in talibus non seruari: verum si
 quis ostendere queat digitum quiescere simul & moueri, hic utique prædictū axi-
 10 oma calumniatus erit, subuerteritque. Proinde quum Plato hic quoque monstret
 similitudinē eius qui velit in cōprehēso sermone refragari, ad alterā obiectio-
 nem probabiliorem progressus, ostendit illam quoq; futuram ex eo quòd neque-
 ant similitudinē à dissimilitudine discernere, nam in turbine contraria aliquis di-
 xerit, quæ non in ipso corpore eueniunt, quum vno modo figens centrum cir-
 15 cumfertur. Quinetiam in hoc exemplo Plato dicit aliam turbine partem esse
 quæ stat, aliam vero quæ circumfertur, quem circulum ipse appellauit. In hoc toto
 sermone scopum nos docuit discretionis eorum quæ sic dicuntur, in differentia
 moueri, & eius quòd exactè idem dicitur, & crassi, latique, & non exactè. Siquidē
 idem equus nō potest eodem simul tempore Athenas & Corinthum adire: quē-
 20 admodum ne esse quidem eodem simul tempore Athenis & Corinthi, neq; niger
 & albus tum esse, tum dici, vno eodēmq; tempore, nisi dimidia corporis ipsius
 pars alba fuerit, altera verò nigra: imò quòd neque alba pars simul nigra & alba
 esse potest, neq; nigra, pariter nigra & alba. Iuxta hunc igitur scopū in subsequen-
 tibus nos exercitans, discernit idem à diuerso, simile a dissimili. Et quum hæc ipse
 25 fecisset, ita ad verbum deinde conscribit. Cauendum autem est, ne quis nos im-
 „ prouidos turbet, inferēs neminem potum cupere, sed potum bonum: vel cibum,
 „ sed bonum cibum: nempe bona omnes expetunt. Constat igitur quòd vbi sta-
 tim per initia in sermone posuisset, ne quis nos improuidos turbet, ideo adiecit
 (improuidos) sciens versatum exercitatumque multifariam, de singulis his con-
 30 siderasse oportere. Talis enim circūspecta imaginatio ab Academicis post eū no-
 minata est: ac mirum nihil, ex multa circa rem propositam consideratione exactā
 magis cognitionem ipsius fieri, quandoquidem & ea quæ sensibus pernoscentur,
 accuratius ab ijs qui continue ipsa vident, cognoscuntur, veluti in multis gemellis
 apparet, qui videntur inconsuetis quidem esse impermutabiles, consuetis etiam
 35 faciliè admodum discernuntur: quemadmodū in axiomatis similitudines dissimi-
 litudinēque inexercitatis improuidīsque imponunt, sic etiam res quæ inquirun-
 tur, sæpe decipiunt plurimū propter æquiuationes, quæ duplices sunt, vna ex
 similis linguæ consuetudine, altera ex ipsis linguæ proprietatibus, quemadmodū
 utique de animæ partibus quæstio oborta est, ostendente quidem Platone idem
 40 nō posse contraria facere aut pati in idem, & ad idem. Nam in ijs quæ ab eo pa-
 lam inferuntur, hoc percensuit, eandem animæ tū speciem, tū partem nominans.
 Nonnulli verò idem de virtute dictū esse affirmant, & ut ipse dixit, eandem vim
 vno tempore ad vnam quandam rem non posse contraria facere aut pati, ne hoc
 quidem intelligentes, quòd facere quidem de virtute inaudire licet, pati vero non
 45 licet. Nam in verbo (facere) Plato semper nomen virtutis adferre videtur, non in

verbo pati. Singula enim quæ sunt, facere aliquid virtute quam habent, posse arbitratum, non tamen & pati virtute, sed imbecillitate potius, quum id quod contingit, ipso validius existat. clarumque ex toto sermone euasit, quatenus à me ostentum est etiam hoc opere ubi animæ specierum memini, iuxta Platonis sententiam sermonem instituens, vnum quidem ipsum dicere, quodcunque subiectum sit, in questione peculiarem obtinens substantiã, aut accidens. Substantia verò quæ non potest contraria circa idem eodem tempore pariter facere & pati, sed propter diuisionis vocabulum, dicitur sanè proprie quum totum aliquod continuũ in particulas secatur. Dicitur etiam secundũ translationem ab eo sumptam, quum in differentias aut species dissecatur. At nonnulli in huiusmodi diuisionibus confunduntur, quòd nequeant substantiæ in particulas diuisionem à generum differentiarũ & specierum distinctione separare. Præterea magis quum iuxta tertium significatum dialectici diuisionem nominant, quæ vocum est in significata. Item secundũ aliã, quum naturales substantias ex materia & specie qualitatis expertes componi dicunt, quemadmodum sanè etiam quum ex subiecta substantia citra qualitatem & ipsius accidentibus. Dicunt enim quidam philosophi, etiam tale diuisionem, quemadmodum etiam resolutionem: non tamen substantias in ipsarum facultates diuidi aiunt, sed vnãquãq; in seipsum secundũ ipsius facultates aliquid efficere. Neque enim absolutè dicunt facultatem habere aliquam, substantiam, sed apponunt interim vrendi, aut refrigerandi, aut siccandi, aut humectandi, interim imaginandi, ratiocinandi, & mouendi seipsam, aut aliud eiusmodi quæ in ratiocinatrice anima perficimus, quæ inquam anima, quum vna sit, multas habet facultates, quas vniuersas in prædicto opere commemoravi.

LIBRORVM DE HIPPOCRATIS ET
 PLATONIS PLACITIS,

IOANNE GVINTERIO ANDERNACO INTERPRETE,

FINIS.

M. D. XXXIII.